



GALENO ASCRIPTVS LIBER DE GYNAE-
CEIS. IDEST DE PASSIONIBVS MVLIERVM

Nicolao Regio Calabro interprete.

C E N S V R A.

Ieiuna prorsus, & angusta tractatio.



DE passionibus mulierū & matricum utile præuidi uobis scribere. Superuenientium enim diuersarum & plurium passionum in matrice, aliqua periculosa & insanabiles fiunt. ob quam rem turpitudinem non præferendam censeo, quoniam abscondere periculosum est. Fit igitur in ore matricis dolor & symptoma forte. & si cito non occurratur, uulnera in ipsa fiunt. & quandoq; ad hypochondria supposita suffocationem facit. & ad cor dolor superuenit fortissimus. & nominata consequitur amara saliuā, uelut si aceto & aqua os adimpleatur. & tibiæ frigidae fiunt. & caput & lingua formicitant. & uox deficit. ¶ *Cura.* Sub matrice ponenda est lana inuoluta balsamo, aut oleo amaricino, aut alio qualicunq; bene redolenti. Naribus uero offer asphaltum molle. & fumiga cum capillis nigrientibus, aut pennis coruinis in acetum immixtis perfumiga. offer naribus sternutamenta. & soluto ore & lingua ad loquendum, bibendum est castorium cum uino. & digitum tinctum in oleo naribus offer. Lana autem supposita sit donec sanetur. quia si tollatur, reuertetur passio. Si autem matricis descensio in uesica dolores magnificet, & fiat fornicatio tibiārum, & urina concludatur, dum uis sanare, huic offer bene olentem myrrham, & omne suauissimi odoris quod inueneris. Ad matricem uero appone inolentas suffumigationes usque dum restitatur. ¶ *Fumigatio.* Ad matricem suffocationes, si uox deficiat, & ad periculum mortis deuenit, ut per os potiones recipere non possit, suffumigatione succurritur. Rutam uiridem frica, & confert. Item sulfur cum aceto naribus impone. Item asphaltum in carbones pone, & nares suffumiga. ¶ *Potio ad id.* Succus urticae colatus datus in uino aut melicrato, mox iuuat. Item in periculo castorium in uino bibat. Aut castorium, & anisum in oxymelite. ¶ *Sternutatio ad idem.* Elleborum album, asphaltum, castorium tere, & offer naribus. ¶ *Pessarium ad idem.* Ruta cum melle bono linias os matricis. ¶ *Ad idem.* Lenticulas infunde in uino, & postea tere, & uellere calefacto collige, & appone. mirificum est. ¶ *Item quæ in pectine habent dolores quasi uestram incidentem.* Apium tere cum castorio & adipe anseris, & pessarium impone. ¶ *Item ad eas quibus facta est aphoniam de suffocatione matricis.* Picem in lanam mollem inuolue, & pessarium impone. ¶ *Ad dolorem matricis propter abstinentiam uiri, ut contingit sepe uiduis, & uirginibus, & quarum uiri diutius absunt.* Fit autem illis dolor, nausea, saliuā: tibiæ frigent: & quæ in matricem suffocatione contingunt patiuntur. Ad eius curam, adhibenda sunt quæ in genesis Cleopatras leguntur capitulo decimo. Item febris acuta, eleuatio uentris & duritia, dolor renum & stomachi, anaptæ, nausea phlegmatica, aut quasi acetosa, aut cholericæ. Urinæ detentio, strictio uentris, fastidium, sitis aspera, lingua nigra quasi atramento tincta, dolor ceruicis & in genis, tempora saluunt & oculi. dolent extremitates digitorum & ungulæ. & si in natura deponunt digitum, sentiunt magnum calorem, & siccitatem, & duritiam, & strictum os matricem. Axugiam porci uirginis cum melle aduna, & post balneum suppone. hoc etiam ad omnem passionem matricis prodest. ¶ *Item ad illas quæ tumorem habent, nec faciunt aliquid sanguinis.* Adipem anseris misce in lana, & suppone. ¶ *Item ad eas quæ ante & retro patiuntur in coxa, & per totum uentrem, neque surgere neque dormire possunt.* Butyrum medullæ ceruinæ misce, & utere. ¶ *Ad dolorem matricis.* Cerae citrinæ, ceruinæ medullæ, terebinthinæ, adipis anatis, opij obolos. ij. cum oleo cyprino utere in pessario. facit ad ignem sacrum, & febrem, in fistulis apostasim, atq; caliginem, & punctiōem, & ulcera, & alia multa. ¶ *Item ad pectinis dolorem, dorsi, & uentris, & frontis, & quandiu stare non potest.* Adipem anserinum & myrrham cum mero uino teres, & in linteo pones. ¶ *Ad eas quæ dolorem matricis patiuntur, si cum uiro dormiunt, si hæc passio perseverat, colicæ fiunt.* Vniuersaliter autem hæc latus uenas habent penitus libidinosæ. natura tumescit plus intus quàm foris. patent palpebræ oculorum quando concumbunt. curabis sic. Lac mulieris quæ masculum lactat, & cerusam misce, & calefac, & pone pessarium in ore matricis. Item galbano cum rosis simul utere. Item oui assi inure modicum & ros. impone pessario. ¶ *Ad inflationem & apostematam matricis.* Butyrum cum opio & rosis aduna, & in melle pessario appone. Suffumiga sic, ceram, terebinthinam, uel

A uel sagapenum carbonibus appone, superposito emmoto. ¶ Si lumborum dolor, & circa matrices prurigo, in natura, & in uentre humidior, tunc nanq; iam patet se rheumaticam factam. Cura. Ireos radicem succo maligranati misce: & ecligma facies postquam urinam fecerit. ¶ Ad cancrum matricis, cuius hæc sunt signa, dolor in uentre & sexu, ut putet se spinam uel lignum in corpore habere: aliquando effusio sanguinis cum urina. Betam syluaticam, & alumen scissum, & nitrum in ligno tere, & cataplasma impone. Item succum solatri cum adipe anserino in pessario. Item raphanum tempera cum eo, et utere. ¶ Ad ulcera matricis. Ceram, myrrham, & adipem porcinum, cum melle in lana suppone. Item oui testam assam, sifelon cum rosis misce & impone. ¶ Ad matricem frigidam. Si frigida fuerit, dolet, & sanguinem profert. frigidus sudor superuenit. ¶ Cura. Terebinthinæ, mellis, adipis anserini. añ. misce & utere. Item artemisiæ, adipem anserinum oleo rosarum misce & impone. ¶ Signa uentositatis matricis. Renum amotis & intestinorum, conducit ei uentrem & clausa dolorem concitant. ¶ Cura. Myrrham in nigro uino bibat. s. temperate. Item medullam ceruinam tere, & misce rosis ad crassitudinem mellis, & fac pessarium. ¶ Matricis hydropica signa. Nares mucosæ, oculi nigri, torpet per loca calida. ¶ Cura. Cuminum, uuam passam, sal modicum pinse, & misce, & pessarium appone. Item rubi radicem coque, & bibat ieiuna. ¶ Ad matricem clausam. Bdelium tempera, & appone, ac suffumiga.

B ¶ Si matrix exiuerit, & tardauerit, & foris uulnerata fuerit. Terebinthinæ, medullæ uitulinæ, opi, croci, rosarum, cicutæ pessarium impone. ¶ Ad hæmorrhoidas in ore matricis. Coronam spinæ tere, & superasperge. ¶ Ad rheumatismum album, uel aquosum, uel rubrum, uel sanguineum, aut nigrum, sine dolore, aut cum dolore. Sana bis sic. Papauer cum uino nigro bibant. & testam oui conterere, & appone in capite funium ceræ cum olibano. & impone. Item acaciam tere cum aceto, & appone in lana. ¶ Signa matricis plenæ humoribus. Ulcerebus nimis impletur, extrema oculorum fiunt sanguinea, febres assidua, & acuta. ¶ Cura. Cyperum & rutam cum uino albo temperata ieiuna bibat ad cotylam unam, & non plus. ¶ Ad effusionem sanguinis matricis. Grana uuæ sicca tere, & cum uino da, aut folia uiridis malua. ¶ Si ex partu contingit sanguinis fluxus. Corion basilicon incende, & tere, & cum aceto inuolue, & impone in pessarium. Item lapathi succo intinctum pessarium appone. ¶ Si ex partu natura plagata fuerit. Testiculos tauri etiam solue cum aqua frigida, & cum rosis liquefactis lineo in panno cum modico croci impone. ¶ Si uero consuetudine super menstrua uenerit. Cineres uitis teras, & in linteo imponas. uel calcem teras, & similiter apponas. ¶ Potio ad idem. Radicem myricæ & corticem tere, & cum uino cibant. ¶ Si matrix ex partu ulcerata fuerit. Helenium butyro ueteri misce, et fac pessarium, & suppone. ¶ Ad consuetudinem pro uocandum. Piperis grana commisce staphidiagræ, da post balneum cum uino. & cito subueniet. Item centauream tere cum folijs in aqua & fac pilulas, & impone ori matricis. Item rubiam, nigellam, & myrrham. añ. cum uino bibat. ¶ Ad rhagadias in ore matricis. Coronam spinæ, gallas omphacinas tere, et unge adipe anserino, ut adhæreat puluis, & super sparge. facit & ad condylomata. ¶ Ad eas quæ non prægnantur. Castorij, piperis grana. xij. uino communi simul temperata cum pulegio bibat. ¶ Ut non conceperit. Nitrum in ore matricis in modum ciceris post concubitum mittat. ¶ Ut cognoscat si sua culpa, aut culpa uiri est quod non concipiat. Vasa fictilia duo signa, intus posito hordeo, & ibi fac eam & eum urinare, & pone in loco frigido per. xij. dies. cuius hordeum ingermiuauerit, eius culpa est. ¶ Ut cognoscat an prægnans masculum uel foeminam in utero habeat, & cognoscat si sua culpa aut culpa uiri non concipiat. Apium cum radice sua capiti eius appone, ipsa ignorante. & si primo nominauerit dum loquetur masculum, masculum: si foeminam, foeminam pariet. ¶ Ut foemina concipiat. Vuluam leporis siccam tere, & ambo bibant & edant. ¶ Ut cognoscat si conceperit. Si cololum calidum habet, dorsum frigidum, concepit: si uero æquale corpus, non. ¶ Ad eam quæ prius fecunda fuerit, postea sterilis facta est. Folia mali granati sicca tere, & cum melle fac pessarium digitorum quatuor, et post purgationem impone, diebus tribus, ut non tollatur. Et uuam passam cum granulis suis tere, & fac pessarium ut dictum est. & quando coagulata stillauerit, cognoscat uirum. ¶ Ad

D uiolatam ut non cognoscatur. Alumen scissum, gallas omphacinas cum uino aminæo tere, & fac encathisma. Item cum succo pastinacæ collige, & fac ad magnitudinem orobi, et apponatur per unam horam antequam coeat. ¶ Ad tumorem uberum. Betam oleo coque, donec soluatur, & sic tere, & simul ceram solue, & cataplasma impone. ¶ Item ad ubera ulcerata. Portulacam tere cum oleo rosæ, et linteo impone. ¶ Ad duritiem uberum, & inflationem, & ulcera, & crassitiem, & omnem passionem. Caulem uiridem tere, & cataplasma fac. Succum autem eius spissum line. ¶ Item ad ulcera, & cancrum, & diatam sin. Folia hederæ coque fortiter, & cataplasma, & ex apozemate fomenta. ¶ Ad lac augendum. Lumbricorum uiuorum 3. i. tere, & cum melle bibat ut non cognoscat. Item lac uaccinum aqua calida salsa uel marina fomenta, & postea cum uino calido bibat.



GALENO ASCRIPTVS LIBER SECRE-
TORVM AD MONTEVM.

C E N S V R A.

Secreta hæc ut Galeni non sunt, ita non omnino inutiliter legi possunt.



RO G A S T I me, amice Montee, ut describerē tibi librum in medica-
tione ægritudinū secundum experimentum medicinale, & cōsidera-
tiones rationales ex eis, quæ expertus sum in multis sapientum & bo-
norum in cultu legis. feci igitur illum: & posui ipsum ex secretis, quæ
non est necesse propalare unicuiq; hominum. timendo ne fiant pigri,
confidendo in ipso, & dimittant quod necessarium est in scientia radi-
cum & ordine capitulorum, super quā est fabricatio artis. Et ego qui-
dem scripsi tibi in illo secundum mensuram uirtutis, & fideliter. Dico
igitur, q̄ substantia subiecta generationi, & corruptioni mutatur in
qualitatibus suis: Quæ sunt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas:
quæ adinuicem agunt & patiuntur: & eorum equalitate, complexio-
nis existit bonitas. Quod est, quia complexio est factorum substantiæ cuiuscunq; membrorū ani-
malis propria. Complexio igitur est substantia corporis, et natura eius. Et postea sunt res sequen-
tes complexionem necessario, & sunt odores, & sapes, & colores, & durities, & mollities, & le-
nitas. Natura uero de tribus dicitur rebus: quarum una est complexio, secunda est uirtus reſtrix,
tertia est compositio. Et quāuis ars, quæ sollicita est de corpore, sit una, sicut uerificatum est iam in
libris alijs: tamen partes eius sublimes sunt duæ: quarum una est regimen sanorum: & altera est cu-
ratio ægrorum, & sunt ambæ in operationibus suis diuersæ, quia ambarum prima intendit ad cō-
seruandum corpus secundum dispositionem in qua est: & secūda intendit ad permutandū ipsum
ab eo secundum quod est. Et quoniam sanitas antiquior est ægritudine, & sublimitate, & tempo-
re: tunc necesse est nobis ut acquiramus in primis qualiter conseruemus sanitatem: & post illud,
qualiter sanemus ægritudines sanatione bona. Via autem communis ad inueniendum eas ex re-
bus duabus est, ut sciamus dispositionem, quam nominauimus sanitatem, quæ dispositio sit, quia
non possumus seruare ipsam, quando existit, nec reducere ipsam, quando corrumpitur, nisi sciue-
rimus quid sit. Nos uero iam processimus, & ostendimus, q̄ sanitas similium partium est æquali-
tas. & quod sanitas membrorum compositorum completur positione membrorum similium par-
tium, et eorum numero: illud uero, quod surgit per conseruationem horum membrorum, est post
conseruationem sanitatis: sicut si corpora nostra nunquam finirentur, nisi per dolorem commu-
nicantem eis, non esset nobis ars necessaria, qua sciremus læsiones eorum omnes. Genera autem
ægritudinum corporum nostrorum, & corruptiones eorū, sunt duo, quæ eis sunt necessariae, quæ
sunt ex operatione caloris innati: & sunt eis corporibus à principio esse corporum radices. Et ex
eis sunt, quæ non sunt necessariae, & nos non sumus eas mouentes, quæ quidem corrumpunt cor-
pora nostra non minus illis necessarijs. Et ego quidem sum distinguens unumquodque duorum
generum secundum se. Dico igitur, q̄ principium nostri esse est ex sanguine & spermate. uerunta-
men sanguis est materia properans in receptione eius, quod descendit. Et nos quidem intelligi-
mus per materiam hylē, sequentem formam in omni parte. Sperma autem stat loco factoris. &
unumquodq; istorum duorum est compositum ex elementis, ex quibus compositum est alterū.
(Et nos quidem demonstrauius ita in libro, quem edidimus de elementis secundum sententiā
Hippocratis.) Veruntamen in mensura mistionis specierum diuersificantur: quia plus est in sper-
mate. Et iam nos quidem demonstrauius secundum quod diximus, & testificati sumus illud in
libro de morbis & accidentibus. Et mihi quidem uidetur, ut uadam ad fundamentum sermonis
in arte medicationis per experimentum, & considerationem, & copulationem, & abbreviationē
sermonis, & appropinquationem locutionis. Frater Montee, iste magis iuuatiuus liber est, quem
composui in medicina: omnem nanq; descriptionem eius expertus sum multoties in complexio-
nibus comparibus. Descriptiones autem quas diximus in almemiri, idest pharmacorum, & est li-
ber qui nominatur de medicinis compositis, non sunt nisi compositiones quorundam quos dixi,
sicut Archigenis, & Archelai, & Seueri, & aliorum: quibus si uteretur aliquis secundum quod di-
xerunt, non fieret iuuamentum per eas: immo generarent ægritudines. Verum ego rectificauī
eas, & exercitauī super errorem, qui est in eis. prima ergo descriptionū eius, quas ego composui,
est descriptio medicinae huiusmodi.

Ad stuporem, & frigus, & paralyfin.
A Vir quidem sexagenarius fuit, super quem uincebant humiditates superfluae, & uentositates phlegmaticae, & erat mollis corporis. & ipse quidem conquerebatur de stupore in corpore suo, & frigore addito, & inceptione paralyseos. composui ergo hanc confectionem, quae est medicina multorum iuuamentorum. & ego quidem iuuamenta ipsius dicam, post artem eius. Cuius quidem permistio. ℞. euphorbij, croci, cassiae lig. cinnamomi, apij, acaciae, costi amari, spicae, gummi Arabici, seminis urticae, granorum alkerua, bdellij, olibani, sumach, ellebori, sulfuris citrini, styracis calami, piperis albi, omnium ana. ʒ. vi. rosarum siccarum, pyrethri, arthanitae, sethefusiae, seminis apij, omnium ana. ʒ. iij. seminis albedarogiez. i. ammeos, seminis taraxacon, amborum ana. ʒ. medullae cartami, zingiberis, amborum ana. ʒ. iij. tere & cribella. deinde infunde in uino antiquo tribus diebus, donec fiat sicut mel. deinde fundatur super ea mel crassum despumatum. Deinde misceat & fundat super ea ex oleo balsami mensura unciae unius. deinde ponat super ignem leuem, & bulliat ebullitionibus duabus leuibus. & fundatur in uase uitreo. & dimittatur sex mensibus. & quanto plus antiquatur, tanto est melius ei. Usus est ea uir, & conualuit usque ad quartam hebdomadam. Et dosis quidem eius est ex aureo usque ad ʒ. iij. Quod si ille qui utitur ea fuerit adolescens, sumat ex ea. ʒ. i. & f. Haec autem medicina confert morsui facto a cane rabioso iuuamentum manifestum statim, & dolori qui fit in acumine uerticis antiquo, & cui raduntur pili capitis. deinde accipitur de hac medicina pondus aurei unius, et soluitur cum aceto uini, & linat cum eo caput. Et ad dolorem dentium fricatur cum ea. Et ad dolorem auris soluitur cum oleo balsami & colatur: deinde destillatur in aurem. Et ad anginam datur in potu cum aqua, in qua cocta sunt sebesten & anethum. & deglutitur post ipsam butyrum tepidum. Et similiter ad asthma, & splenem. ʒ. i. & f. cum aceto in quo decocta sunt radices capparis & tamarisci. Et ad renes, & ad dolores eorum cum aqua, in qua decocta est calamintha fluuiialis. Et ad serpentes in uentre. ʒ. i. & f. cum aqua in qua decocti sunt cortices granati dulcis. Et ad haemorrhoidas aur. i. cum uino antiquo. Et ad dolorem hepatis, & stomachi, & ad hydropem. itaque quando est complexio decliuis ad frigus. Ad ultimum uero serua a me secretum magnum in omni medicatione tua. Caue igitur multiplicationem calefactionis, & inclina ad frigidationem, per comparationem & non absolute. & incipe in propinquitate complexionis hominis. & hic quidem est locus considerationis. Serua igitur hunc modum curationis, & intellige ipsum. & fac medicinam, immittens species boni odoris aromaticas. est. n. electuarium magnum, & non errabis, si Deus uoluerit. Et fuge a stupefaciente oculum, nisi raro, & apud necessitatem. nam faciet festinare ad eum qui utitur ipso debilitatem tunicae corneae. & hoc iterum considerandum est, intellige ergo ipsum.

Ad phrenitum & tussim siccam, & febrem conclusam.

Medicina autem Austri qui est ex illis de Luca. quam conquestus est mihi de phrenitide & apostemate in cerebro suo ita quae permiscebatur. & fuerunt cum eo calor, & tussis sicca, & dolor capitis intolerabilis, & febris conclusa. Et iam medicati fuerunt ei quidam medicorum, & errauerunt super eum. Incepi ei uti huiusmodi medicina, & sanatus est usque ad hebdomadam unam, cuius permistio. ℞. psyllij infusi in aqua cucumeris indi. deinde extrahatur, & coletur cum cribro, & coaguletur cum rob uuae leui igne, & sumatur tragacathae albi, gummi Arabici, medullae se. citruli, & medullae cucumeris, & medullae se. cydonij, medullae se. cucurbitae, medullae amyli, sandali, seminis portulacae, se. maluauisci, omnium ana pars. i. terantur contritione bona. deinde misceantur coagulato. i. rob. & administrantur de eo omni mane. ʒ. iij. & apud somnum similiter. Et cibus eius sit aqua hordei in qua decocti sint cancri fluuiales & sebesten. hoc enim medicamen est cui, non est par.

Ad dolorem capitis, & lachrymas oculorum, & ad insomnietatem.

Et conquestus est mihi adolescens uicenarius, (cuius complexio erat calida, & cuius color erat fuscus, & erat multae quietis & tranquillitatis, & erat uincens semper complexionem regionis eius caliditas) de dolore capitis superfluo inquietante, lachrymis in oculis suis, & dolore in eis, & non dormiebat. Composui ergo ei hoc caputpurgium. conualuit ergo ex uice una. ¶ *Modus confectionis.* ℞. croci, danik. ij. ladani. ʒ. f. condisi. ʒ. i. lache kirat. i. camphorae kiratae mediam, lubue, ambrae ana. ʒ. iij. opij. ʒ. ij. terantur. & aggregentur cum melle medicinae siccae. & soluantur humidae cum sambucino, terantur, & aggregentur cum melle despumato. Quando igitur necessitas eius est, sumat sicut milium, & soluat in lacte mulieris, & fiat cum eo caputpurgium. Vir autem cuius corpus est forte, sumat pondus sex granorum. huiusmodi enim medicina est ultima. Primum autem quod oportet praemittere in curatione aegritudinum: quoniam uides repletionem, & tempus non longinquum, phlebotomia est. ut praemittas phlebotomiam in cephalica, si aegritudo est in superioribus corporis. & in basilica, si aegritudo est in inferioribus corporis. Noster autem sermo in hoc iam praemissus est in multis nostrorum librorum. Qui autem uult esse prudens in arte ista, legat libros meos, & tunc utatur istis medicinis, quas ego composui, & expertus sum, postquam cognouerit complexiones utentium eis.

Ad dolores oculorum & ophthalmiam.

Quia dolores, qui accidunt oculo, sunt multi & diuersi, & ex eis est dolor qui uocatur ophthalmia, quae multoties accidit oculis in multis dispositionibus, uideat mihi ut praemittam causam eius super reliquos dolores oculi. quia cuidam uiro qui nominatur Fisulus, aduenit dolor inquietas, & ophthalmia

Spurij.

Nv calida

GALENO ASCRIPTVS LIBER

calida per causam. & erat quadragenarius: & erat quietus crassi corporis. Leniui ergo ei naturam E cum infusione myrobalaorum. & firmabo uel ostendam eam in hoc libro. deinde præcepi ei ut aperiret cephalicam. & composui ei hoc sief. & nominaui ipsum iuuatiuum. quia iuuatus est per ipsum ipsa uice prima. ¶ *Modus sief.* Recipe cerusæ de plumbo, amyli, amborū ana partes. ij. & f. farcocollæ, croci, opij, omnium ana quartam partem illius, teratur cerusa, & cribelletur cum orali. & addatur super ipsam de aqua dulci quantum necesse est. & teratur in mortario diebus decē in hora quieta à uento, & in loco in quo non sit puluis. deinde infundatur gummi post illud in aqua dulci in uase mundo. Quando ergo soluitur, & fit sicut aqua, coletur cum panno lini super medicinam in marmore, deinde teratur cum ea. Quando ergo facta est medicina sicut pasta, proiciantur super ipsam reliqui pulueres, & terantur cum ea, donec inspissentur. deinde fac ex ea sief. & exsiccantur in umbra in loco tecto. deinde proiciatur super ipsam pannus sabini, aut pannus subtilis, defendens ipsum à puluere. postea reponatur, & medicetur cum eis. & sumatur ex eis unus, & soluat in aqua rosa & lacte mulieris. & sumatur in uenera, & distilletur in oculum. Hoc autem sief est conueniens uel conferens apostematibus, & inflationi, & uuæ, & ulceri nigro, & uelicis accidentibus in oculo, & pluribus ægritudinibus eius.

Ad albuginem oculi.

Alcohol autem quo usus est Ebinus monachus ad albuginē quæ erat in oculis suis: & omnes medici conuenerunt quod non sanaretur. & posui ipsum ei, & conualuit usq; ad triginta dies.

¶ *Modus alcohol.* R. spumæ maris quæ natat super aquam stercoreis lacertæ, sachari, massæ cumiæ, baurach, omnium partes æquales, terantur & cribellentur, & sumatur ex memire media uncia, teratur, & decoquatur cum lib. aquæ, donec consumetur medietas. & coletur, & imbibatur cum hac aqua in marmore. deinde continuetur cum contritione in sole diebus aliquot, donec consumatur aqua. deinde fiat puluis. hoc enim est ultimum, & secretum magnum.

Ad conseruandum sanitatem oculi alcohol.

Alcohol autem quod conseruat sanitatem oculi, Montee amice, ego usus sum ad sanitatem amicorum meorum. & nulli qui eo usus est, accidit nocumentum in oculis suis dum remansit. & ipsum quidem conueniens est omnibus hominibus propter subtilitatem suam. ¶ *Modus alcohol.* R. alchoroniæ & est thucia Inda, antimonij, hæmatitis, rubiē, & est sepia abluta, & sit marina, nec aduratur, thucia, æris combusti, corticū æris, aloes, folij, croci, omniū ana partem unam. piperis, macropiperis, salis ammoniaci, omniū ana partem mediā, margaritarū minutarū, myrobal. kebulorum, spumæ maris, cadmiæ aureæ, sachari, musci, campho. omniū añ. quartam partem terantur, & cribellentur, & fricentur in marmore diebus aliquot, donec fiant sicut atomi. hoc. n. est ultimum. G

Ad impetiginem & prurium.

Medicina cuius descriptionem incepit pro Sertato, pro qua ipse proiecit medicinas multas avarus de ea usquequo accepit illam, & rectificauit ipsam, & curauit cum ea multos homines ab impetigine quæ est in capite, & cruribus, et baras, & pruritu, & casu capillorū, tebal, & alopecia, & ledibus, & pediculis, & scabiæ ulcerosa, & est certa. ¶ *Modus unguenti.* Recipe gallarum. 3. iij. granorum armenij, baurach aureum. i. sulfuris citrini aur. ij. arsenici rubri, aristolo. amborum ana. aur. f. salis ammoniaci, frusti testudinis, fimi ueteris, amygd. amararum excorticatarum, colocynthidis, æris usti, uenarum citrinarum, merdasengi, radicis capparidis, foliorum ficis sicca, radicum canne siccarum, & ziniar, aluminis iameni, sief, memithe, myrrha, aloes, olibani, omnium ana. 3. f. kitram, foliorum oliuæ, fellis uaccinæ. omnium ana aur. i. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aceto uini, donec permisceantur. deinde leniatur cum eo. est enim bonum ad tineam, & affatij, & ad ægritudines antiquas.

Ad uermem auris.

Ingenium in extractione uermis de aure, quod ego feci multoties. Distilletur in aurē quod distillat caro uaccina, scilicet quando assatur cum aqua almarmacur. deinde præparetur cannula cū mensura quæ ingrediatur in aurem. & sugatur cannula à superiori parte eius uehementi suctione. egredientur enim uermes, si Deus uoluerit. H

Ad extractionem aquæ cadentis in aurem.

Pro extractione aquæ cadentis in aurem sumatur uirga iunci triangulata, & est plāta quæ orit super flumina. & inuoluatur eius extremitas cum coto, & liniatur cum oleo. deinde intromittatur extremitas eius secunda in aurē cū mēsurā quæ possibilis est. & incēdat extremitas in qua est cotū cū igne. quanto igit plus comburitur aqua, cadet de aure. & itera illud donec egrediat aqua tota.

Ad extractionem spinæ de gutture.

Ingeniū in extractione spinæ, qñ adhæret in gutture aut transuersat. Elixetur frustū carnis uaccinæ, & ligetur cum chorda, & deglutiat. deinde extrahat extractione subtili. egredietur. n. spina.

Ad dolorem auris.

Ad dolorē autē in aure factū res magis iuuatiua est ut sumant uermes inuenti sub urceis aquæ. & decoquantur cū oleo ros. & mandragora. & distilletur in aurē postq; tepet. Quod autem dicit amice de ægritudinibus aurium, iam ostendi illud in libro de ingenio sanitatis, & in alijs libris.

Ablutio

Ablutio capitis cerebrum confortans.

A Dico igitur, quod quandoq; accidūt naribus ægritudines, quæ prohibent ab olfactu & inspiratione. Dico ergo, quod prohibens ab illo, non est ex ægritudine neruorum. qm̄ duæ extremitates anterioris cerebri sunt similes duobus capitib. mamillarum. & sunt illæ quas diximus in eo quod præterijt de sermone nostro, q; sunt lenes, & q; ipsæ non numerant in numero neruorū. complent inspirationem & expirationem sine medicatione neruorū. & ad ipsas ascendit odor ex foramine quod est in chartilagine intra coronā. Medicinæ cuius descriptionem scripsi Costæ monacho, & fecit ipsam. & similiter scripsi descriptionem eius Kilikedio & Festito, & excusauit eos ab omni cura. & abscindit nocuenta attracta ad caput, & confortat cerebrum, & cauterizat ipsum, & expellit nocuentū ab ipso, & separat inter ipsum & uapores & humiditates, ex quibus proueniūt coryzæ, & delet sodam. ¶ *Modus ablutionis confortans cerebrum.* Recipe salis gēma, salnitri combusti, spumæ maris, baurach albi, omniū añ. partem unam. ellebori albi partē mediam, condisi, staphidif agriæ, sinapis, fæcis uini. i. tartari combusti, omniū añ. partem unā. sulfuris, ros. gallarum, sumach, alchannæ, squinanthi, prasi, gūmi Arabici, olibani, gariophyllorū, xyloaloes, lycij, arsenici, aluminis, folij, spicæ, nucis muscatæ, omnium añ. partem. f. terant, & cribellent, & soluant in aqua saponis cōmunis partes. iij. cū aceto uini antiqui, & conficiant cū eo medicinæ, & percutiat in mortario, & sit acetum bulliens qñ soluis ipsum cum saponem. & fiant trochisci. sitq; unus trochiscus † 3. v. † 4. drach. ij. & exsiccetur in umbra. Quando igitur necessarij sunt, teratur unus trochiscus, & soluatur cū aqua calida, & abluatur caput cum eo, & caueatur ne cadat aliquid ex eo in oculum, & sit natura lenis.

Ad fluxum sanguinis narium.

Et conquestus est mihi uir ex illis bonis de Roma, in primis quando hospitatus fui in ea. & erat quadragenarius, & erat deliciosus, teneri corporis, complexioq; eius decliuis ad caliditatem et humiditatem. & hæc est complexio Romæ: quod ipse fluxum sanguinis narium patiebatur superfluum. Et medicati fuerūt ei multi medicorum, & non contulerat eorum medicina. Composui ergo ei hanc medicinam, cuius descriptionem acceperam à patre meo, & iuuauit eum statim. & ego quidem permutaueram me à domo eius, sed ipse permutauit me ad eam. & hæc fuit prima domus in qua quieui. *Modus medicinae ad fluxum sanguinis narium.* Recipe chartæ Indæ. i. de papyro, cucurbitæ sicca combusti, atramenti uiridis combusti, olibani, opij, aluminis usti, omnium ana. 3. i. terantur & puluerizentur, & cribellentur super ellychnium quod submersum sit in aceto, & supponatur in nares ex eo deforis, & ponatur super tempora & frontem lutum armenum tritum, cōfectum cum aceto. & ligentur stricte manus, & pedes, & duo adiutoria cū ligamētis, & testiculi etiam. & sugatur cū uentosis supra hepar sine incisione & super splenē. & cephalica phlebotome ex parte sanguinis. & embrochentur pedes cum aqua calida, ut attrahatur sanguis ad inferiora. & dormiat supra dorsum suum. & fundatur super faciem eius aqua frigida cum aceto. hoc enim est secretum magnum. serua igitur ipsum. Hæc quidem medicina abscindit sanguinem à quocunq; membro. & si submergantur in ea pili leporis carminati, erit mirabilis.

Ad mollificationem lingue.

Et conquestus est mihi uir senex mollis corporis de mollificatione in lingua sua, & fuit de quadam uilla ex uillis Romanis. Composui igitur ei hanc medicinam, & sanatus est usq; ad paucos dies, qui fuerunt minus tribus septimanis. ¶ *Modus pilularum ad accidentia phlegmatica.* Recipe albotiz, opopanacis, altit dulcis, nucis muscatæ, omnium ana partem unam. terantur donec fiant sicut pasta. & fiant sicut cicer pilulæ. & ponatur sub lingua una post unam, & sugatur, & assiduetur gargarismus cum sinapi. & balneatio cum aqua non dulci. & sanatus est.

Ad nauseam, & malitiam digestionis, & combustionem in stomacho, & retentionem urinæ.

D Et conquestus est mihi uir quadragenarius cuius complexio erat decliuis ad caliditatem & siccitatē (fuit in Alexandria regione) de nausea, & malitia digestionis, & cōbustionis in stomacho, & retentione urinæ. Composui igitur ei hanc medicinam, & iuuatus est ea statim. ¶ *Modus sirupi de fructibus.* Recipe succi basilici, succi granati dulcis, & succi granati acetosi, aquæ tamarindorum, aquæ casiarum, aquæ citrulorum, aquæ melonum, aquæ cydoniorum, omnium ana. lib. i. rob uuæ uere dulcis, & est carenum, lib. iij. decoquantur donec fiat ei spissitudo eius malitiam securans. i. ne putrefiat. & sumatur de ea omni die cochlearium unum cum aqua frigida.

Ad debilitatem stomachi, & uomitum, & solutionem uentris.

Rob de fructibus conferens debilitati stomachi, & uomitui, & solutioni uentris superflua, & angustia, & adustioni quæ fit in stomacho. Composui quidem hanc medicinam Rufo propinquo temporis, qui fuit Perfa. Cuius permistio. Recipe granati acetosi, cydoniorum, amborum ana xx. numero, pirorum, iuiubarum amborum, ana. c. numero. sumac aur. xl. granorum myrti, cetauræ. terantur omnia, & ponantur in uase bireno. s. lebete, & fundatur super illud aquæ. xx. kist. & decoquatur decoctione bona, & exprimatur fæx & projiciatur, & sumantur lib. tres mellis, & ponatur ipsum cū illa aqua, & accendatur sub ea ignis, donec fiat sicut mel spissum, & coletur, & reponatur. cuius dosis sit cochlearium unum cum aqua frigida.

Spurij.

Nv ij Ad febrent

GALENO ASCRIPTVS LIBER

Ad febrem adustam, & sitim, & adustionem in stomacho.

Et conquestus est mihi uiceniarius adolescens de febre adusta, & siti, & de adustione in stomacho. Composui ergo ei hos trochiscos. ¶ *Modus trochiscorum feb. adustae.* Recipe feminis citrullorū excorticati. se. portulacæ, liquiritiæ decorticatæ, omniū ana. 3. viij. tragacanthæ. 3. iij. terantur, & molliantur, & conficiantur cum mucilagine psyllij, & fiant inde trochisci, sitq; omnis trochiscus. 3. i.

Ad febrem tertianam trochisci.

Trochisci boni quos ego sum expertus, & quos composui uiro ex bonis, qui habebat feb. tertianam & medietatem quotidianæ, & iuuatus est ex eis cito iuuamento ueloci. ad fe. tertianam, & feb. incensuam, & febribus permittis calidæ causæ, & sunt nobilis quantitatis. serua ergo eos.

¶ *Modus trochiscorum febris tertianæ.* Recipe rosarum. 3. xx. spodij. 3. v. amyli. 3. iij. tragacanthæ 3. ij. croci danich. ij. terantur & cribellentur, & conficiantur cum aqua, & fiant inde trochisci. sitq; omnis trochiscus. 3. i. & sumatur in potu cum aqua & syrupo acetoso.

Ad stricturam anhelitus, & dolorem stomachi, & dolorem duorum laterum, & malitiam digestionis, & eructuationem acetosam, & dolorem hepatis & splenis.

Et conquestus est mihi Herodes religiosus de illis de Roma de strictura anhelitus, et dolore stomachi sui, & dolore duorum laterum, & malitia digestionis, & corruptione hystimbreg, & eructuatione acetosa, & dolore hepatis sui & splenis, & dilatatione anhelitus magna, & fuit infrigidatus ætatis quadragenarius. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est ea multum usq; ad hebdomadem. ¶ *Modus syrapi iuuatiui.* Recipe scyllæ, lib. ij. zz. se. sceniculi, petros. anisi, pyrethri, hyssopi, se. ocimi, gariophyllati, costi, asari, omnium añ. 3. i. se. apij, piperis, cymini carmeni, omniū ana. 3. ij. dauci, ammeos, libyistici, cardamomi, omnium añ. 3. iij. ocimi hortulani, satureli. i. acetii acetosi kist. i. mell. kist. ij. rob chist. i. tere medicinas, & infunde eas in aceto tribus dieb. deinde coq; ipsum donec consumat medietas acetii. deinde proijce sup ipsum uinū, & coque ipsum donec consumat quantitas medietatis uini. deinde remoue ipsū, & cola ex ipso medicinas, & dimitte ipsum, donec infrigideat bene. deinde infunde sup ipsum mel despumatū, & accēde ignē sub ipso donec fiat sicut mel subtile, & repone ipsum. sitq; potio eius cochlear unū cū aqua frigida: & si uolueris ipsum solutiū, tūc bibat ex eo cochlear unum cū aqua tepida, & duobus danich scāmoni. est. n. mirabile.

Ad frigus stomachi, & corruptionem eius.

Et conquestus est mihi uir qui erat in ætate & complexione sicut ille q; precessit ante hunc. Composui ergo ei hanc medicinam ad frigus stomachi eius, & ad corruptionem eius, & ad malitiam hystimbreg eius, & febrem quartanam quæ erat à putrefactione phlegmatis, propter debilitatem quæ euenerat in corpore eius, & in manibus eius, & ipsius renibus. ¶ *Decoctio ad feb. quartanam.* Recipe uini antiqui boni odoris albi lib. iij. mellis lib. i. zingiberis. 3. v. heyl. cardamomi omnium añ. danich. ij. & .f. croci drach. ij. musci, piperis, macropiperis, omnium ana. danich. i. & .f. terantur, & cribellentur, & puluerizentur super syrupum, & dimitte eum in sole diebus multis. deinde utere ex ipso cochleari. i. cum aqua frigida.

Ad corpus infrigidatum, & humectatum, & alia multa.

Et conquestus est mihi uir infrigidari & humectati corporis, mutati coloris ex fluxu sanguinis superfluo, qui accidit ei propter syncopen & frigus in hepate suo, & suo corde, & debilitate in suo stomacho, & corruptione in uenis suis, & solutione uentris superflua, & uomitu multo. Composui igitur ei hanc medicinam sublimem. ¶ *Modus confectionis.* Recipe costi, folij, calami aromatici, gariophyllorum electorum, omnium ana. 3. ij. cassiæ lignæ, salis Romani, amborum ana. 3. i. galliæ, acaciæ, foliorum ro. spodij, faufel, † thuris masculi, omnium ana. 3. f. terantur, & cribellentur, & cōficiantur cum rob cydoniorum, & reponatur, & sumatur ex ea ad magnitudinem nucis quando necesse fuerit. est enim ultima primaria ualde.

ap. piperis usualis.

Ad tristitiam, & cogitationem, & debilitatem, & angustiam.

Et conquestus est mihi uir adolescens ex filijs regum (& erat teneri corporis, & delitiosus) de debilitate nimia, & subtilitate eius, & angustia, & tristitia, & cogitatione. & erat continēs nos aer autumnalis corruptus, alteratus. & locus in quo conuenerat, erat horizon ciuitatis Lucæ, super cuius aerem uincebat caliditas & humiditas. Composui ergo ei hanc medicinā, & exiuit ab ægritudine sua uelociter. ¶ *Modus confectionis magnæ.* Recipe se. ocimi, buglossæ siccæ, foliorum proprietæ siccæ, lapidis lazuli adusti abluti, margaritarum paruorum tritarum, karabi marini abluti, coralli albi, lapidis armeni, setæ combustæ, omnium ana. 3. x. galliæ, spicæ Indæ, myroba. epithymi Cretensis, cinnamomi, thuris, mastiches, zedoariæ, doronici, been albi & rubri, folij, cardamomi, gariophyll. electorum, usneæ, castorij, liquir. excorticatæ, croci, se. lactucę, se. hyoscyami, ozanor. si. i. squinanthi, mandragoræ, xyloaloes bonæ, pæoniæ, rauedsceni, se. armel, nucis muscatæ, darfes saham, carnub, feliniafelias. i. agni casti, se. coriandri, ana. 3. v. limaturæ argenti. 3. iij. limaturę aur. 3. f. camphoræ. 3. i. rosarū, spodij, amborum ana. 3. vij. musci aur. i. terantur omnia, & cribellentur, & leniantur cum unc. i. olei ros. & quarta. 3. olei balsami, & adiungatur ei tantum sacchari triti & cribellati, quantum sunt omnes medicinae. & conficiatur totum cum miua, & reponatur sex mensibus in primis. & sumatur ex eo omni die sicut abyndachari assidue.

Ad tuſim.

A *Ad tussim, & ad asthma.*

Et conquestus est mihi uir quinquagenarius, cuius complexio erat equalis, decliuis ad caliditatem, & humiditatem, crassi corporis: & erat regio eius multorum uentorum meridianorum, de tussi, & anhelitu latitudinis, & asthma antiquo. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est ea in hebdomade una. ¶ *Modus medicine.* ℞. hysopi sicci, ocimi, capilli ueneris, prasij, liquir. decorticate, omnium añ. ʒ. vi. funde desuper mensuram sacraiatu unius de aqua, & coque ipsam donec perueniat ad medietatem: deinde cola, & funde super ipsam cochlear. i. mellis: deinde da ei in potu.

Ad sputum sanguinis, & solutionem uentris.

Et conquestus est mihi Iefas, qui erat ex Armenis, de sputo sanguinis, & uentris solutione: & erat adolescens trigenarius, extenuati corporis, & calidi, & eius regio calida ualde. Composui ergo ei hanc medicinam. ¶ *Trochisci nobiles.* Recipe carabi marini adusti, acaciae abluta, gummi Arabici, spodij, rosarum, therathit, omnium ana drach. x. opij, drach. i. mastiches, drach. iij. coralli, drach. iij. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum mucilagibus granorum cydoniorum, et fiat trochisci. sitq; omnis trochiscus eius drach. i. Cuius dosis sit trochiscus unus cum aqua frigida apud somnum: & si dimiseris hos trochiscos donec aggregentur partes eorum diebus aliquot, erunt completiores ad operationem suam.

Ad retentionem menstruorum, & multa alia.

Et conquesta est mihi mulier cuiusdam amicorum meorum, quae erat ex sapietibus mulieribus: & pepererat, & retenta erat ei menstrua, & minoratum fuerat lac eius: & acciderat ei sputum sanguinis, & saniei, & tussis, & anhelitus dilatatio. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuat eam. ¶ *Modus electuarij.* Recipe succi prasij unc. vi. boni uini unciam unam, mellis unciam unam: piperis albi, thuris, myrrhae, omnium ana drachmam unam: coniungatur aqua prasij, & uinum in olla, & coquantur donec consumatur duae partes tertiae. & tunc proijciatur super ipsum mel: & accendatur sub ea ignis donec coaguletur, & fiat sicut mel. terantur ergo medicinae & puluerizentur super ipsum: deinde misceatur super ipsum. quando igitur permiscetur, tunc reponere ipsum in uitreato: & lambat ex eo infirmus cochlearium. i. ieiunus. iuuata est ergo hac medicina in spacio breui.

Ad sputum sanguinis, & solutionem uentris, & sanguinis.

Emplastrum quod ego composui: & ponitur super pectus, & abscindit fluxum sanguinis: & super ipsum stomachum ex solutione uentris: & super caput ex fluxu sanguinis narium. Cuius permistio. Recipe myrrhae, thuris, aloes, omnium ana. ʒ. iij. balaustiorum, sanguinis draconis, acaciae, C siel memithe, † feluzaharagi, & loco eius chohol caubem, omnium ana. ʒ. viij. opij, radice spicae, aP. fellis za-
haragi.
aP. laccae
hyoscyami, omnium ana. ʒ. iij. aluminis abluti, † lacuna sigillatae, atramenti omnium ana. ʒ. ij. sumach, gallarum, granorum summitatum. s. balaustiorum, omnium ana. ʒ. vi. tere illud, & cribella ipsum cum cribello subtili, & confice ipsum cum uino passularum bono, aut cum aceto uini permisto, donec fiat sicut mel spissum: deinde line super pectus ex sputo sanguinis: & super caput ex fluxu sanguinis narium: & super omnem locum, ex quo egreditur sanguis: & line ipsum super stomachum ex solutione uentris: & hoc ultimum est in eo, quod diximus: serua ergo ipsum.

Ad uentositatem uentris, & apostema in hepate, & hydropem.

Et conquesta est mihi mulier de uentositate in uentre suo, & apostemate in hepate suo in superioribus eius, & in ceptione hydropis. & erat mulier tricenaria, aut quasi tantum: & erat causa eius retentio menstruorum, & erat uincens continens nos aer calidus, & humidus. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuata est ea usque ad triginta dies. ¶ *Confectio, quae prouocat menstrua, & expellit uentositatem.* Recipe eupatoriij, spicae, corticum caliae lignae, croci, seminis apij montani, & domestici, liquir. squinanthi, carpobalsami, rubiae omnium añ. ʒ. iij. reuetseni. ʒ. iij. mastiches, laccae quae non est operata, spodij, rosarum rubrarum, aristolo. omnium añ. aur. i. terantur omnia, & cribellentur, & D conficiantur cum melle despumato, de quo sumatur omni die pondus. ʒ. ij.

Ad icteritiam nigram.

Et conquesta est mihi mulier religiosa, quam extenuauerat religiositas & abstinentia, de icteritia nigra multum apparente: & erat corporis macri, quae iam tranierat. l. annos: & erat tempus autumnum: & erat eius regio Romana, in diebus in quibus ego fui ibi. Composui ergo ei hanc medicinam: & accepit ex ea aur. i. & exiuit ex aegritudine sua exitu bono. *Medicina ad extrahendum melancholiam.* Recipe aloes pondus. ʒ. vij. masti. ʒ. viij. agarici, polypodij, cartami, epithymi, omnium añ. pondus drach. ij. folij, caliae lignae, spicae, omnium añ. drach. ij. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle despumato: sitq; dosis eius aur. i. cum uino, si non fuerit febris.

Ad icteritiam citrinam.

Et conquestus est mihi uir tricenarius, qui erat monachus bonus, multae lectionis in libris, & erat calefactus de icteritia citrina multum apparente. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est ea uelociter. ¶ *Medicina ad extrahendum cholera.* Recipe amygdalarum amararum, amygdalarum dulcium, spodij, folij, rosarum, absinthij, mastiches, spicae, anisi, omnium ana. ʒ. iij. seminis scariolae drach. x. coriandri syluestris, drach. ix. aloes, drach. vi. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum uino. Et sit dosis omni die drach. ij. pondus.

Spurij.

Nº iij Ad

GALENO ASCRIPTVS LIBER

*Ad duritiem splenis, & apostema in hepate, & aquam citrinam, & dolorem
stomachi, & renum, & tussim cum icteritia.*

Et conquestus est mihi uir ex amicis meis ex bonis religiosis de duritie in splene suo, & aposte-
mate in hepate suo, & aqua citrina, & dolore in stomacho suo, & dolore renum, & ex tussi cum ic-
teritia. Composui ergo ei hanc medicinam. *Confectio ad aegritudinem uentris, uel uacuitatis.* Recipe spi-
cæ Indæ, costi, corticum casia lignæ, omnium ana pondus drach. ij. fœniculi drach. iij. piperis, se-
minis apij, acori, andachocæ, ireos, xylobalsami, omnium ana. drach. iij. uenarum cappar. drach.
v. passilarum mundatarum à granis suis, drach. x. terantur donec fiât sicut medulla: & terantur me-
dicinæ, & cribellentur, & conficiantur omnia cum melle despumato: & sumantur ex eo omni die
3. iij. cum aqua capparum, & calaminthes, & secaniabin pauci aceti. iuuatus est ergo eo iuuamen-
to manifesto in spacio paruo.

Ad duritiem splenis, & hepatis emplastrum.

P. xvi. Emplastrum conferens duritiei splenis & hepatis. Recipe ammoniaci, bdellij, ireos, sepi uac-
cini, omnium ana drach. x. ficus, thuris, opopanacis, galbani, omnium ana drach. viij. piperis
c. & l. grana, ceræ, picis siccæ, amborum ana drach. xx. aluminis iameni, sulfuris, myrrhæ, omnium
ana drach. x. pyrethri, radicum cappar, amborum añ. drach. v. uisci, aristolochiæ, croci cordume
ni, amomi, olei nardini, omnium ana drach. iij. terantur bene cum aceto, & cōficiantur cum eo do-
nec permisceantur, & liquefiat cera, & permisceantur omnia terendo in mortario, donec fiat cor-
pus unum, & ponatur super splenem.

Ad febrem quotidianam, & fluxum uentris, & tenesmon, & tussim.

Pilulæ quas ego composui uiro oratori, qui habebat quotidianam, & fluxum uentris super-
fluum, & punctiōnem, & tenesmon uehementem, & tussim: & iam erat desiccatus: & despera-
uerat se, & sperauerat mortem. iuuatus est ergo his uice una: quarum permistio hæc est. Recipe
castorij, myrrhæ, amborum ana aur. i. & f. seminis hyoscyami albi. drach. iij. seminis apij, drach.
viij. tere illa, & confice cum uino, & fac inde pilulas sicut piper, & sicca eas. sitq; dosis eius gra-
na. v. cum rob myrti, & aqua. Inquit Gal. non est nobis necessarium rememorari in hoc libro radi-
cum aegritudinum, quoniam iam eas diximus in alijs libris. hunc autem librum non fecimus, nisi
ad descriptionem proprie: & quamuis nos confortemus per ipsum rationes empiricorum, tamen
quando ego cogito, ratione certa agnosco, quia est unum de secretis medicinæ, & thesaurus ex
thesauris eius. & omnem modum eius iam expertus sum uicibus multis in eo, qui aptus, & cui cō-
uenit: & est conueniens complexioni eius.

Ad dolorem ani, & tenesmon, & uentris solutionem, & puncturam.

Ellychnium quod supponitur in ano, & efficit opus pilularum, immo melius. Recipe myrrhæ,
thuris, mastiches, croci, omnium ana partem unam: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum
uitellis ouorum, aut cum succo alesinis. i. psyllij: & fac inde, quod sit simile glandi, & pone in uno
quoque eorum filum. Quando ergo facis illud, inunge ipsum ante oleo rosato, & pone ipsum in
ano, & præcipe ut teneat ipsum nocte tota. Quando igitur uoluerit extrahere, trahat filum, & ex-
trahat ipsum. hæc autem medicina est sublimis ad dolorem ani, & tenesmo sanguineo, & solutio-
ni uentris, & puncturæ. Scias ergo bonitatem eius.

Ad colicam, & uomitum, & dolorem stomachi.

**P. casie li-
gnae.** Medicamen ad colicam, quod composui adolescenti tricenario, cui acciderat colica, quæ dici-
tur ileos, & uomitus, & exiccatio fortis, & dolor stomachi. Cuius permistio. R. myrobalanorum ci-
trinorum, & nigrorum, masti. anisi, ammeos, seminis apij, corticū thapsiæ, medullæ seminis car-
tami, omnium añ. partem unam, salis Indi partem. f. aloes scotrensis ad pondus omnium medici-
narum: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua foliorum citri humidorum, & fiant in-
de pilulæ. sitq; dosis eius aur. ij. cum aqua calida ante cibum. est enim bonum ad digestionem cibi.
& lenit uentrem. & ad colicam, & uentositatem, & dolorem dorsi, & crudum humorem.

Ad lapidem renum.

Et conquestus est mihi uir de lapide, quem habebat in renibus suis, & quandoq; exierat in uri-
na. & narrauit quia egressit eum. hoc autem longinquum est: ueruntamen ego audiui, quod Ar-
chigenes in quibusdam libris dixit hoc: sed nescio causam eius. Composui ei hanc medicinam, &
iuuatus est ea usque ad triginta dies. *Confectio ad lapidem.* Recipe aristol. dauci, floris squinanthi,
carpobalsami, spicæ, croci, meu, phu, apij, casia, chamædryos, scorodi, ameos, prasij, dragaganthi,
enulæ, ireos, origani montani, carui, seseleos, corticum radicum cappar. gariophyllorum, cymini,
seminis fœniculi, scillæ assatæ, sinapis, myrrhæ, seminis erucæ, condisi, omniū ana partem. i. pinea-
rum decorticatarum ex cortice suo, quantum est pondus omnium: terantur, & cribellētur, & con-
ficiantur cum melle despumato. sitq; dosis eius omni die drach. iij.

*Ad debilitatem coitus, & dolorem uesicæ, & lapidem, &
dolorem in utrisque lateribus.*

Et conquestus est mihi adolescens teneri corporis ex filijs regum philosophorum ex amicis
meis, de coitu, de uesica, de dolore in ea, & lapide, & de dolore in utrisque lateribus. Composui
ergo

A ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est ea uelociter. ¶ *Confectio ad coitum.* Recipe pinearum excorticatarum de cortice suo libræ unius quartam, medullæ seminis melonum, medullæ seminis cucurbitæ, been ru. & citrini, sesami decorticati, galangæ, zingiber, seccacul, seminis alpagdi, sepi scinci, omnium ana drachmas. x. seminis urticæ, seminis sinapis, seminis cepæ albæ, anisi, seminis papaueris albi, liquir. decorticatæ, seminis bauciæ, omnium ana drachmas 7. penidiorum quantum est pondus omnium. terantur & cribellentur, & conficiantur cum melle despumato, & accipiatur ex ea mane, & apud somnum quantum est nux. & præcipe ei ut fiat hoc sibi cibarium diebus quibus accipit confectionem. Recipe bauciarum mundatarū ex uenis suis & cortice suo medietatem libræ. elixetur ergo donec dissoluatur. & projiciatur in ea oleum omphacinū & mel. fermentetur cum uitellis. v. ouorū. & quandoq; decoquantur cum eo passeris. & coloretur cum croco & zingibere. & aromatizetur cum musco.

Ad satyriasin.

Medicamen cui non est simile super terram in satyriasi, & est uelocis sanationis. Cuius permistio. Recipe olei sambucini uel de zambach. i. de iesemino libram unam. formicarum habentium alas mille. nemeresin unam, & est foemina parua uulp. quæ in Sabano moratur. cum formicis misceantur. & inungatur cum hoc unguento mirach, & duo testiculi, & uirga, postquam suspenditur in Sole duabus hebdomadibus.

Ad dolorem testiculorum, & apostema, & uentositatem in eis.

Et conquestus est mihi uir ex bonis religiosus ex amicis meis, de apostemate in testiculis, & ramice, & uentositate in eis, & dolore eorum. Composui ergo ei hoc emplastrum, & iuuatus est eo iuuamento magno. Cuius permistio. Recipe mastiches, setæ, thuris, sarco collæ, omnium añ. drach. vi. terantur, & cribellentur, & incorporentur cum uino, & liniatur super apostema: & annectatur super ipsum cottū. & dimitte ipsum donec exsiccet. deinde accipe pannum, & liga duo oua ad duas anchorum pyxides.

Ad prurimum testiculorum.

Ad prurimum in duobus testiculis, sumantur cerusæ drach. vi. sulfuris citrini, drach. ij. opij. 3. i. terantur omnia cum aceto uini permisto cum aqua, & pone ipsum tribus uicibus.

Ad apostema testiculorum.

Et ad apostema in duobus testiculis, sumantur ciceris partes. ij. altheæ pars. i. terantur cum aceto, & liniantur super apostema. est enim bonum.

Ad dolorem iuncturarum.

C Et scripsi ad Glauconem philosophum, qui erat ex bonis & puris amicis meis. & erat eius ætas adolescentia. & erat teneri corporis delicatus. et ipsius regio Beneuentum. inuaseratq; eum dolor iuncturarum, & carnum quæ super dorso in directo anchorū sunt, & podagra, & dolor anchorū. Composui ergo ei hanc medicinam, & est una ex illis quæ accepi ab Archigenē. & addidi in ea, & rectificauī eam. iuuatus est ergo ea usq; ad lxx. dies, & non rediit ad ipsum. & est secretum magnū ex secretis medicina. ¶ *Pilule ad dolorem iuncturarum.* Recipe myrobalanorum kebul. & Indorum. & corticū cucumeris asinini. zedoariæ loco cuius ponitur zingiber, & colocynthidis interioris, salis Indi, hermodactylorum, aloës scotrensis, omnium añ. drach. i. sagapeni, drach. ij. terantur, & puluerizentur, & conficiantur cum aqua foliorum kekengi, & aqua albuzaran. & fiant pilulæ sicut piper, & desiccantur in umbra, & bibatur ex eis omni nocte tertia. 3. iij. cum aqua calida. Et sumatur post illud hæc medicina, cuius modus est. Recipe buzidem. i. satyrionis partem. i. hieræ picræ partes. ij. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle. & bibantur ex ea drach. iij.

Ad ischiadem.

D Et conquestus est mihi uir ex una uillarum Romanarum, supra cuius aerem erat uincens humiditas, & uincens super complexionem uiri simile illi de ischiade. purgavi ergo corpus eius semel cum hac medicina. & excusavi ipsum à cauterio & unguento. ¶ *Medicina ad ischiadem.* Recipe hermodactylorum, turbith carnosum, buziden. i. satyrionis, senæ, medullæ seminis cartami, pulpæ colocynthidis, medullæ seminis citruli, omnium añ. drach. i. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum butyro & melle. & est hæc potio una.

Ad humorem crudum lapidosum, & mollificationem crurium, & debilitatem corporis.

Et conquestus est mihi Abyn, qui erat t̄ exsiccat, cuius erat ætas adolescentia, mediæ habitudinis, delicatus, de humore crudo lapidoso, qui faciebat eum sedere, & mollificatione crurium suorum, & debilitate corporis sui, & stupore in utrisq;. Composui ei hanc medicinam. & usus est ea per mensem, & rediit ad sanitatem suam naturalem. ¶ *Medicina ad humorem crudum.* Recipe myrobal. kebu. & emblicorum, & Indorum, & satureiæ, ammeos, apij, origani Persici, hermodactylorum, turbith gummosi in duabus extremitatibus, omnium ana drach. i. buzaran, loco cuius ponitur zingiber, drach. ij. senæ Arabicæ lib. i. tertiam. spicæ, hehel, amomi, omnium añ. drach. viij. cinamomi, neremisch, piperis, macropiperis, spodij, ro. salis naptici, omnium añ. drach. iij. nasturtij, unc. f. salis ammoniaci aur. i. acori, drach. iij. berengi, doronici, zedoariæ tertiam aur. i. terantur, & cribellentur, & leniantur cū butyro uaccino, preparato cum clissilla tritici. i. simila, donec eiciat

Spurij.

N^v iij ipsum;

al. ex ficulis

GALENO ASCRIPTVS LIBER

ipsum. & adiungatur media libra penidiorum, & conficiantur cum melle despumato: & sumatur ex eo omni die. 3. f. cum aqua in qua decocta est acorus. & utatur hoc oleo. est enim ultimum in aegritudinibus iuncturarum, & mollificatione earum, & corruptione complexionis earum, & ipsarum dolore. ¶ *Oleum probatum, cuius permistio.*

Recipe costi, carpobalsami, corticis casia, omnium ana. 3. xxx. calami aro. buzaran, loco cuius ponitur zingiber, abrenge, loco cuius sagapenum, omnium ana. 3. xx. macropiperis. 3. viij. cordumeni, zingiberis, staphidis agriae, omnium ana. 3. vi. cyperi. 3. xi. uenarum squinanthi, ireos, amborum ana drach. xij. cyperi, lactae Byzantie, foliorum myrti, sampuci, omnium. 3. x. tere medicinas contritione crassa. & infunde eas in uino boni odoris, secundum mensuram qua cooperiat eas die ac nocte, & pone ipsum in olla, & infunde super eam ex aqua quantum est mensura uini. deinde infunde desuper illud oleum sesami, & oleum lentiscinum, de uno quoque. x. asacraiat, deinde accende sub ipsa ignem lentum quantitate. viij. horarum. deinde tolle eam ab igne, & permitte illud infrigidari. & funde oleum ab aqua. deinde accipe in decoctione eius secunda, assari, spica, amomi, ana. 3. x. folij. 3. vi. myrrhae unc. i. tere omnia, & infunde ea die ac nocte. deinde cola eam in ollam, & funde super eam oleum. sitque olla in qua decoques uice prima & secunda & tertia, olla limpida, in qua ponantur medicinae & oleum, & accipe ollam magnam a loco t masiam, & funde in eam aquam, deinde pone ollam in qua sunt medicinae & oleum in concavitatem eius. & accende sub ea ignem lentum, donec decoquatur oleum, & medicina per calorem aquae. Quando ergo decoxeris ipsum secundum terminum quem narraui, & peruenerit ad finem, remoue ipsum ab igne, & permitte ipsum infrigidari. deinde cola ipsum oleum, & coque ipsum tertio. & accipe gariophyl. lactae Byzantie, nucis muscatae, omnium ana. 3. iij. bdellij. 3. iij. mellis, styracis, calamite. 3. xxx. olei balsami. t. 3. f. tere medicinas siccas, & infunde eas in uino die ac nocte. deinde cola eas in ollam. & funde super eas oleum. & accende ignem sub eis secundum quod narraui tibi. deinde cola oleum, & repone ipsum enim est ultimum in aegritudinibus iuncturarum. & in laesione fiat inunctio ex eo, & bibatur. soluit enim naturam, & extrahit humorem crudum. & confert colicam, & aegritudinibus uiscerum.

Ad caninum appetitum, & singultum, & eructuationem acetosam.

Electuarium dia trion pepereon quod ego composui Hedino, qui fuit ex bonis, & erat intra Romam, & erat septuagenarius. conquestus est de frigore in complexione, & humiditatibus superfluis, & canino appetitu, & singultu, & ructu acido. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est in hebdomade. cuius permistio. R. piperis albi, piperis nigri, macropiperis, omnium ana quartam librae, xylobalsami. 3. i. spica, amomi, amborum. an. 3. iij. se. apij, zingiberis, seseleos, keifim, casia mundata, enula, asari, omnium ana. 3. iij. tere omnia, & cribella, & confice cum melle despumato, & repone ipsum. & sumatur ex ipso quantum bundacha.

Ad tremorem cordis, & inquietudinem, & cogitationem.

Syrupus quem composui Demicrathi, quae est mulier bona, multi ieiunij: cui accidit tremor cordis, & inquietudo, & cogitatio, & stoliditas, & mentis ablatio. & quae egrediebatur a ratione sua. et erat quadragenaria, costrictae carnis albae. cuius permistio. R. buglossae exsiccatae, foliorum rosarum, foliorum citri, foliorum ocimi citrati, capilli ueneris, ocimi, gariophyl. omnium an. hosmatum. i. quod est quarta librae, & tria grana malorum mandragorae incisorum. 3. viij. frustum panis karabe contriti, setae crudae incisae, lazuli, loti, abluti, contriti, nucis muscatae contritae, zedoariae, daronici, been albi & rubri, sandalorum al. & rubrorum, margaritarum minutarum, coralli, spodij, berberis, xyloaloes boni, crudi, mastiches, thuris masculi, omnium an. aur. i. terant, & decoquant omnia in. xiiij. libris aquae fontis, donec consumantur duae tertiae. & comprimantur manibus manus in quo sunt species, & colent, & aggregentur duae librae aquae cum x. libris boni uini, & x. librae mellis despumati, & coquant, donec fiat spissitudo, & infrigidetur, & aromatizetur cum 3. i. musci contriti. & bibatur septimanis. iij.

Ad tremorem cordis linimentum.

Linimentum ad tremorem cordis. R. thuris ro. xyloaloes, gariophyl. spodij, sandalorum rubrorum, karabe marini, sandarachae, omnium an. 3. i. aluminis iameni. 3. f. terant, & cribellent, & conficiantur cum aqua ro. aut cum aqua malorum, & ponatur super cor & stomachum. est enim ultimum.

Ad dolorem hepatis, & splenis, & multa alia.

Et conquesta est mihi mulier deuota magne quantitatis nobilis (cuius complexio decliuis erat ad caliditatem. & eius anni. xl. erant) de dolore stomachi, & hepatis, & splenis, & duritie in uentre, & apostemate, & inceptione hydropis, & dolore amborum renum, & pulmonis & amborum laterum, & uesicae, & matricis, & dolore in omnibus membris suis, & sputo sanguinis, & pleuritide. Composui ergo ei hoc emplastrum. Cuius permistio. Recipe cerae. helkalimbat. i. terebinthinae, bdellij, thuris, ammoniaci, cordumeni, fructus myrti, fructus uitis, tortellarum de seni, amomi, spica, croci, myrrhae, mastiches, omnium an. 3. viij. olei uiolati, olei sesamini, amborum an. 3. xl. uini boni odoris quantitate qua infundatur, donec fiat emplastrum. & accipe ammoniacum, bdellium, & thus, & myrrham, & tere, & in uino ea infunde, & contere ea, & liquefac cera cum duobus oleis, & bulliat. quoniam ergo liquefiunt, depone ea desuper ignem, & tere reliquas medicinas, & pulueriza super ea, & moue ea tadium donec permisceantur adinueniunt. deinde line ea super loca in quibus durities est, & apostema, & dolor.

Ad uomitum

Ad uomitum immoderatum, & fluxum uentris.

A Emplastrum quod composui mulieri religiosæ deuotæ, cui acciderat uomitus immoderatus, & solutio uentris superflua, & fe. conclusa, & sitis, & adustio uehemens. & erat trigenaria. & erat tempus æstiuum. Cuius permistio. Recipe cydoniorum mundatorum decoctorum cum aceto lib. i. galliæ, seminis myrtæ, sumach, acaciæ, fructus uitis, myrrhæ, mastiches. omnium ana. iij. tellarum de seni. 3. viij. aromatici. 3. i. tere illud bene donec permisceatur, & funde super illud oleum rosæ, & acetum uini, & aquam ro. tali mensura quæ humectetur, & line stomachum, & iuuata est ea statim.

Ad febrem quotidianam trochisci.

Modus trochiscorum ad febrem quotidianam quando maturatur. Quorum permistio. Recipe rosarum, spodij, eupatorij, seminis cuscutæ, berberis, seminis endiuia, omnium ana. 3. iij. xyloaloes, tragaganthi, absinthij, anisi, doronici, omnium ana. 3. i. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua calida, & fiant inde trochisci, quorum unus sit drach. ij. & bibatur cum syrupo acetoso. viij. diebus, & eradicabitur.

Ad febrem tertianam decoctio experta.

B Decoctio ad febrem tertianam post tres accessiones experta. Cuius permistio. Recipe terebinthini. i. semen album habens saporem mannae, medullæ cassiæ, tamarindorum, omnium ana. 3. f. myrob. 3. i. decoquantur cum lib. i. f. aquæ donec consumantur duæ tertiæ, & coletur, & bibatur cum media. 3. olei sesami. ipsa enim eradicatur statim.

Ad febrem quartanam trochisci.

Modus trochiscorum ad febrem quartanam. Inquit G. iam narraui in multis librorum meorum quæ quartana quæ inuadit in autumno, pertransit in uere. & quando inuadit in æstate, dimittit in. vi. periodis, quando medicus est prudens. nam quando maturatur, & utitur hac medicina, tunc facit eam redire tertianam. deinde medicatur tertianæ cum eo quod dixi. quare eradicatur fe. tertiana hoc regimine, ante horam quam determinauerunt medici qui fuerunt ante me. Et ego quidem determinauit illud. uerum ego iam ingeniaui cum hoc, & est secretum magnum. Verumtamen nos non uitimur nisi in corporibus fortibus. Quorum permistio. R. eupatorij, absinthij, costi, zurumbet, doronici, ammeos, aristol. scorodi, myrrhæ, euphorbij, omnium ana. aur. i. aloes, bdellij, pyrethri, sagapeni, opopanax, harmel, acori, amomi, omnium ana. 3. i. infundantur sagapenum & opopanax in uino, & moueantur, & terantur medicinae, & cribellentur, & conficiantur omnia, & fiant inde trochisci, sitque trochiscus drach. i. & bibatur cum aqua raphani.

Ad hydropem pilule.

C Et cõquesta est mihi filia Nicolai regis, & ipsa quidem monacha erat deuota. & senserat de hydropem horrida, & aqua citrina, in qua fatigati erant medicantes, & strictione naturæ. præparauit ergo ei hanc medicinam, & conualuit usque ad septimanas quatuor, & exiuit ab ægritudine sua egressione bona & sana.

Pilule ad hydropem.

Recipe spicæ Indæ & Romanæ, amborum ana. 3. iij. agarici, aristol. amomi, croci, æris combusti, epithymi, mastiches, hyperici, costi, chamedryos, omnium ana. 3. iij. myrrhæ, kerfe medicinalis, squinanthi, tithymalli, omnium ana. 3. i. aloes. 3. viij. tere illud, & pulueriza ipsum: & cerne eum, et cõfice cum aqua, & fac de ipso pilulas, & inunge manus tuas in cilini, sitque dos earum. 3. ij. cum uino misto.

Ad icteritiam sparsam.

Medicamen ad icteritiam sparsam scilicet super totum corpus, quod ego composui. R. euphorbij, epithymi, aloes, sulfuris, omnium ana. partem. i. tere illud, & da in potu ex eo. 3. ij. cum aqua casei. est enim ultimum quando non est calida.

Ad icteritiam cause calide.

D Medicamen quod ego composui ad icteritiam calidæ causæ. R. aquam lactis caprini coagulati cum tamarindis lib. i. succi endiuia lib. i. succi solatri libræ quartam. aquæ absinthij humidæ. 3. f. berberis, sandalor. al. et machoziri. i. citrini, aloes, omnium ana. 3. i. spodij, spicæ, rauedseni, omnium ana. 3. i. terantur, & cribellentur. & permisceantur omnia, & permaneant in nocte, & bibatur ex eo omni mane lib. f. colato cum. 3. ij. iulep. postea ponas ipsum in loco frigido, aut sumatur cum geleniabin.

Ad descensum aquæ in oculum, & uertiginem, & ischiadem.

Modus medicinae ad descensum aquæ in oculum, quam ego composui uiro qui erat ex uiris religiosus, qui multiplicauerat comestionem hordei, & assiduationem uigiliarum. quare euenit super eum malum ex descensu aquæ in oculum suum. & acciderat ei uertigo et ischiadem: iuuatus est ergo & conualuit. & ipsa quidem confert omnibus ægritudinibus melancholiæ, & phlegmatis, & anginae, accidentibus ex crassitudine humorum. & ad morsum canis rabidi, & habentium uenenum, & præfocationi matricis. Cuius permistio. R. epithymi aur. x. scammonia, prasij, stœchados, myrrhæ, ellebori nigri, ana. aur. iij. scillæ assatæ, euphorbij, aloes, croci, gentianæ, petroselini, ammoniaci, opopanax, omnium ana. aur. i. polij, cinnamomi, sagapeni, myrrhæ, spicæ, floris squinanthi, calamithes fluuiialis, aristolochiæ longæ, omnium ana. aur. ij. teratur illud & cribelletur, & infundantur gummi in uino boni odoris, & conficiantur cum melle despumato quod sufficit, & dimittatur donec antiquetur. sitque dosis eius aur. iij.

N v Ad

GALENO ASCITVS LIBER

Ad inquietudinem.

Ad inquietudinē. i. guessegues. Modus medicinae quam ego composui religiosa mulieri, cui acciderat inquietudo, ut & sola loqueretur secum, & syluestritas. & medicati fuerūt ei multi medicorum, & non valuerat eorū medicatio in ea ita, q̄ iam desperauerat de se. Composui ergo hanc medicinā, & iuuata est per eam, cuius permistio. ꝛ. scammonia, anisi, karabe, coralli combusti, xyloaloes pura, seminis coriādri sicci, margaritarum minutarum, foliorum ro. spodij, mastiches, omnium ana. 3. iij. myrob. Indorum, citrinorum, kebulorum, omniū, post mundificationem ex nucleis suis, añ. 3. x. turbith al. aur. xij. agarici aur. viij. zedoaria, doronici, omniū añ. aur. ij. sachari tabarzet ad pondus omnium medicinarū. teratur illud totū, & cernatur cum orali, & permisceant. de quo fumant. 3. v. in puluere. & fumant diebus multis, & bibant cum aqua frigida. Cibus autē sit illud qd̄ lene est, sicut pulli. & alteret aqua cū syrupo myrtino, aut cū syrupo de rosis recentibus.

Ad obliuionem, & frigus in renibus, & dolores in iuncturis, & alia multa.

Et conquestus est mihi uir aburosus religiosus qui erat amicus mihi. & iam consecutus fuerat de oratione sua quae alius in suo tempore consecutus non fuerat. & de aetate cōsecutus fuerat annos. lxx. & erat propinquus mihi. & partes quidem frigoris iam uicerant super eum. quare acciderat ei obliuio, & frigus intensum, & dolores in iuncturis. Composui ergo ei hanc medicinā & iuuatus est iuuamēto sufficienti, & exiuit ab aegritudine sua usq; ad duas hebdomadas. & ego quidem probaui eam in multis, & inueni eam conferre aegritudinibus uesicae & humori crudo. & sanatio eius est ex omnibus aegritudinibus iūcturarum & soda, generatis ex humoribus frigidis, & quod eleuabatur ad cerebrum ex uaporibus ab illo humore, & à tussi phlegmatica. & praeparat stomachū ut coria praeparant galla, & rectificat ipsum, & fugat uentositatem crassam ex eo, et digerit cibū, & excitat appetitū, & resoluit qd̄ ex phlegmate incrassat in stomacho. & aliquā abstergit uisum, & acuit mentem, & delet obliuionem. & clarificat uocē, & tardat canitiem, & dissoluit podagrā frigide causae. & quicumq; senex utit ea, nō indiget alio in conseruatione sanitatis.

Confectio diatrion pepereconsecunda.

Recipe piperis al. & nigri, macropiperis, galangae, cassiae lignae, calami aro. croci, spicae Indae, gariophyll. cardamomi, carpob. asari, zingiberis, seminis myrti siccae, omnium ana partē unā. mastiches partes. v. terantur medicinae, & cribellentur, & conficiantur cum melle despumato, & ponatur in uase uitreo laeuigato. de quo fumatur aur. i. apud somnum. & est ex secretis magnis.

Ad dolorem iuncturarum, & complexionem corruptam.

Et conquestus est mihi arfatus & religiosus (qui erat amicus, & erat orator. & iam consecutus fuerat annos. lxx. & dicebatur de eo q̄ nunquam irascebatur, neq; contrarius fuerat alicui, & erat multae taciturnitatis, & dilatatae scientiae) de dolore in omnibus iuncturis suis. & uidi complexionem eius corruptam. & alterata erat ei mens. Praecepī ergo ei ut uteretur hac medicina. Hiera magna. ꝛ. chamapityos, scorodi, amborum ana. 3. f. seminis apij, ammeos, hasce, agarici, omnium ana. 3. i. gentianae aur. iij. centaureae minoris. 3. f. myrrhae, spicae, calaminthes montanae, spodij, petroselini, prasij, omnium ana. 3. ij. seminis rutae, hyperici, hyssopi sicci, phu, omniū ana. aur. iij. chamadryos. 3. iij. folij. 3. i. terantur omnia, & cribellentur cum orali, & leniantur cum. ij. 3. olei balsami, & conficiantur cum sufficientia mellis origani despumati, et reponē in uase leni interius. & dimittatur sex mensibus. ipsa nanq; iuuat. haec enim medicina est melior. Montee si sciueris mensuram eius, excusabit te ab alijs. Ego enim uidi ipsam conferre ei. & est complexio eius sicut theriaca. Huic quidem uiro redijt sanitas eius. deinde posui ut experirer ipsam. inueni ergo in quibusdā iuuamentum eius, quia excitat uirtutes naturales & praecipue digestiuam. & extrahit melancholiam cum uapore. & subtiliat phlegma. & attenuat ipsum. & alleuiat exitum eius ex corpore. & refrenat choleram citrinam. & confert omnibus aegritudinibus hepatis & splenis. quoniam aperit oppilationem. & si profundatur in uenis, mirabiliter ualet. ita q̄ forsitan est ex mūdificatione sanguinis, & conseruat ipsum ad substantiam suam, si fuerit seruans sanitatem. quoniam uadit in uenas & arterias. & consumit quod inuenit in eis de superfluitatibus crassis. & mundificat meatus. propter illud frangit lapidem, & mundificat faciem humorum ex corpore, propter subtilitatem suae operationis. Deinde non soluit superflue propter suam frigiditatem. & eius potio integra est aur. i. cum aqua calida.

Ad maciem, & dispositionem senectutis.

Et fuit mihi ò Montee amicus ex bonis, qui erat aequalis complexionis subtilium humorū, extenuati corporis. et ipse quidem multiplicauerat lectiones librorum, & ieiuniū, & orationē, et laborabat multū. & erat parū obuiās cibo. & uigilabat plurimum noctis. et erat trigenarius die qua cognoui eū. quare minorata est humiditas corporis eius, & addita est ei macies et siccitas complexionis. & nō cōsecutus fuerat. xl. an. & iā superuenerāt ei modi aegritudinū, & albificatū erat eius caput. & debilitati erant motus eius innati. & factus erat in dispositionib. senectutis ultimae. Praecepī igitur ei comedere. quare humectatus est hora post horam, & paulatim fm gradationē. Composui ergo ei hanc confectionem. & praecepī ut uteretur ea. excitauit ergo eius caliditatem innatam. & rectificauit ex dispositionibus eius multū. & ambulabat super pedes suos. & cōfortata est quidem

A quidem uirtus: & est bona senibus multum. qm̄ aperit oppilationes, & cōfortat caliditatē innatā in eorū corporibus: & resoluit humiditates corruptas, & cōfortat digestionem, & confert uentositati: & resoluit phlegma à stomacho, & à iuncturis: & confortat, & expellit nocuentū frigorist et prouocat urinam. ¶ *Modus confectiois.* R̄. piperis, macropiperis, cinnamomi calidi. i. acuti, floris squinanthi, spicæ Indæ, galangæ, ammeos, cymini carmeni, omnium añ. aur. v. mastiches, seminis fœniculi, anisi, zingiberis sicci, calaminthes fluuiialis sicca, omnium añ. aur. x. folij Indi, cyperi, croci, asari, casia lignea, costi dul. seminis apij hortulani, omnium añ. aur. iij. gariophyl. cardamomi minoris, cubebæ, nucis muscata, maceris, xylobalsami, carpobalsami, pyrethri, foliorū agni casti, zarneb. i. rorismarini, acori, omnium ana. aur. ij. terantur medicina, & cribellentur, & ponatur cū eis sacchari tabarzet libræ tertia: & conficiantur omnia cum duplo sui cum melle despumato: & reponatur in brumati leni, & sumatur ex eo ab aureo. i. usq; ad aureos. ij. ante cibum, & post cibū.

Ad anginam emplastrum optimum.

Iste autem est modus emplastri, quod accepi ex libro antiquo, & rectificauit secundum sententiam meam, & probauit ipsum in apostematibus gutturis, & inuenit ipsum mirabile, & non uidit quod uelocius conferret ipso: & est ex magnis secretis. R̄. 3. merdasengi, idest plumbi usti, super quod proijciatur ex oleo sesamino, & oleo uiol. quo coaguletur: postea accipiatur mucilaginis psyllij, mucilaginis seminis lini, & seminis alteæ, seminis almaru, omnium ana. 3. f. ouorum trium, gummi amygdalarum. 3. i. infundantur in aqua coriandri die ac nocte: deinde coletur: & proijciatur in ea chamæmeli, meliloti, amborum ana. 3. iij. aggregentur, & percutiantur percussione bona: deinde fiat corpus unum, & fiat ex eo emplastrum.

Ad omnes aegritudines emplastrum.

Emplastrū mirabile cōferēs omni aegritudini. fit hoc modo. R̄. olei, acetū uini, amborū añ. li. iij. merdasengi, lib. i. & f. chalcecaumenū. 3. xx. ziniar. 3. xvi. colchorar, quod est atrametū albū, chalcanti, corticum æris. i. batitura, omnium añ. 3. xvi. decoquat acetū & oleū, & remoueat ab igne, & proijciatur in eis lithargyrus & reliquæ medicina: deinde reducatur ad ignem, & decoquatur donec inspissentur, & rubeāt: deinde utatur in omnib. uulneribus, & ulceribus, & apostematibus.

Ad morsum canis rabidi.

Illud autē, quod sanat à morsu canis rabidi, est id, quod dico tibi: & est ex medicinis nobilibus & secretis magnis: & est medicina, quam faciebat Asinius senex antiquus, qui uituperabat medicinas per eam: & ipse quidem non uidit aliquem, quem momorderit canis rabiosus, & biberit eā, mori. & si non cōsequebatur ipsum in principio, quando momorderat eū canis. dabat ergo in potu ex ipso cochlearia duo, & potabat ipsum ex ea. xl. diebus integris: & emplastrum faciebat loco morso, quod dicam post medicinam. ¶ *Modus medicine morsus canis rabidi.* R̄. cineris cancrorum partes decem, gentianæ partes. viij. thuris partem unam. dosis eius est cochlear unum magnum: et puluerizetur super aquam, & bibatur, & non bibatur ex ea minus. 3. iij. ¶ *Modus emplastri.* R̄. acetū uini, kist. i. opopanacis. 3. ij. picis lib. iij. aggregetur illud, & fiat emplastrum ex eo: & emplastre tur ex eo locus morsus. est enim mirabile.

Ad strangulationem prouenientem ex fungis.

Quid autē sanat ex comestione fungorū illū, cui accidit præfocatio: dixit Gal. ego uidi medicū de terra Alexandriæ, qui utebatur stercore gallinæ in medicatione strangulationis eius, q̄ comederat fungos, usus fui isto, et probauit ipsum: quod fuit, q̄a exiccaui ipsum, & cōtrui ipsum, et dedi in potu ipsum in aceto, & aqua, & melle, & uino: & uomuit statim humorē crassum, & phlegmaticū. & sedatus est, & quieuit, & inuenit tranquillitatē integrā, & euasit ab accidēte, quod ei acciderat.

Ad petram medicamen.

D Medicamen ad petram, quod ego composui uiro ex regibus Alexandriæ, cui euenerat lapis, & lassus erant medicantes, donec desperauerat de seipso. Composui igitur ei hanc medicinam, & iuuatus est per eam, & exiuit ab aegritudine sua egressione integra. Et eius modus est. R̄. opij. 3. iij. acori, danich. i. & f. pyrethri, euphorbij, castorij, corticis radicū capparis, seminis hyoscyami, galangæ, omnium ana. 3. i. cinnamomi, seminis bauciæ syluestris, seminis apij, costi, petroselini, casia lignea, mētæ, myrrhæ, chamæpityos, calaminthes fluuiialis, & mōtanæ, gentianæ romanæ, radicis liquiritiæ, enulæ, chamædryos, prasiij, scolopēdriæ, aristolochiæ rotūde, seminis ammeos, mastiches, radicē lilij cœlestis, cymini carmeni, gariophyllorū, seminis fœniculi, scyllæ assæ, sinapis, granorū pini, anisi, carpob. seminis eruca syluestris, cordumeni, seminis rutæ syluestris, seminis agni casti, aniuden nigri, ana danich. i. & f. terantur omnia, & cribellentur, & liniantur cum oleo balsami, quantitate quartæ unius uncia, & cōficiantur cum melle despumato. dosis eius est kist. i. & f. usq; ad. 3. f. deinde probauit illud post illud, & inuenit ipsum frāgere maiores lapides, & extrahere omnes eos. Quod autem dicunt omnes homines de lapide Iudaico, iam expertus sum, & non inueni in lapide uesicæ operationem. uerum ipse in lapide renum est fortis, & ualde mirabilis operationis: & ipse quidem est lapis ualde albi coloris, in quo sunt fila nigra, qui lapis inuenitur in Palæstina: & modus dandi ipsum in potu, est ut fricetur super cotem uiridem, donec ex eo resoluatur aliquid: deinde aggreget limatura illa, & abluatur, et detur in potu cū aqua calida.

Ad

GALENO ASCITVS LIBER

Ad ægrotudines phlegmaticas, & melancholicas, & morpheam.

Decoctio mirabilis, quam cōposui ad ægrotudines phlegmaticas, & melancholicas, & ad morpheam sparsam, & icteritiam, & uentositatē, & humorem crudū, uiro quinquagenario, cuius hæc est pmissio. ℞. Specierū triū myrobal. absinth. epith. cū semine stœchados, suchaa, bedeguard, floris uiolarū, seminis anisi, seminis fœniculi, polypodij, turbith carnosī, cartami, agarici, centaurea, chamæpityos, chamædryos, omniū ana. ʒ. ʒ. capilli ueneris, fumi terræ, omniū ana cabdati unum, tamarindorum quartam librę unius, sebesten quinquaginta, iuiubas totidem, contundantur medicina, & infundantur in .x. lib. aquæ bullientis die & nocte. & decoquatur lento igne, donec cōsumantur duæ tertiæ, & confricentur digitis, & colentur cum æquali pondere de rob. & reponatur. Dosis eius est quarta lib. unius cū quarta libræ aquæ calidæ, & guttis olei sesami, et pōdere duorū denariorū scāmone Antiochenæ. cibus eius sit caro ouis annualis. & potus sit syrupus de melle.

Ad multam infrigidationem & humectationem corporis, & uentositatem.

Electuarium dia trion pepereon, quod ego composui Fortuno, qui iam processerat in ætate. et erat magni corporis humectati, multæ uentositatis infrigidati corporis. Cuius pmissio. ℞. piperis nigri & albi quod est leuius ex eo, macropiperis, cinnamomi, zingiberis, seminis fœniculi, anisi, asari, mastiches, omnium ana. ʒ. i. xylobal. carpob. spicæ, cortic. casia lignæ, amomi, omnium ana. ʒ. i. cardamomi minoris, seminis apij, ammeos, croci, gariophyllorū, costi, mastiches, omniū ana quarta. ʒ. i. terantur & cribellentur, & conficiantur cū melle despumato. & sumatur ex eo omni mane pondus. ʒ. ij. cum aqua mentæ & mastiches, & anisi. & sit cibus tenuis.

Ad dolorem frontis, & acetositatem in stomacho, & punctiōnem.

Tryphera, quam ego composui Monteo, qui habebat dolores frontis, & acetositatē in stomacho, & punctiōnem. Visus est ergo ea diebus aliquot, & sanatus est ea ab ægrotudine sua. Cuius pmissio. ℞. Specierum triū myrobalanorum, & emblicorū, & fitarabegi, et est butyrū conditū cū melle & lacte, omniū añ. aureos. x. terantur, & cribellentur, et leniantur cū oleo de amygdalis dulcibus. deinde sumatur zingiberis, mastiches, cinnamomi, piperis, asari, croci, omniū ana aur. x. costi dul. macropiperis, fetaragi Indi. cortic. casia lignæ, omniū ana aur. iij. nucis muscatæ, maceris, cardamomi, xyloal. Indæ, cubebārū, calami aro. omniū ana aur. ij. penidiorū. ʒ. ij. terantur, et cribellentur, & leniantur cū oleo balsami. & cōficiantur cū melle despumato. Et sumat ex ea omni die aureus. i.

Ad anxietatem & humectationem.

Tryphera quam composui filio regis, qui erat religiosus, annosus, humectatus. ℞. myroba. keb. bell. emblicorum, omniū ana quartam libræ unius. coquantur in .x. lib. aquæ, donec consumantur tres quartæ. & coletur, & proiciatur illa aqua super myrobal. & bell. & emblicos. & ponatur in sufflatione uenti septentrionalis, donec bibatur aquositas. deinde exsiccantur, & puluerizentur, & cribellentur, & leniantur cum oleo bal. deinde addatur turbith gummosi pōdus. ʒ. xxx. postquā teritur, & lenitur cū oleo de amygdal. dul. masti. bdellij, hoch. i. mororum celsi, ammeos, granorū neræ, cinnamomi, asari, xyloaloes Indæ, fetaragi Indi, ligni pæonia, omniū ana. ʒ. iij. terantur omnia, & conficiantur cum melle orignalis despumato. & sumantur ex eo omni die. ʒ. iij. cum aqua mentæ. est enim ultima ad epilepsiam, & melancholiam, et colicam quæ est ileos.

Ad diabetem.

Conquestus est mihi uir de ægrotudine quæ nominatur diabetes. Composui igitur ei hanc medicinam. Iuuatus est usq; ad hebdomadem. ¶ *Medicina ad hanc lesionem.* ℞. spodij, xyloal. usta, sandali, seminis portul. tragacanthæ, gummi arab. turbith, berberis, seminis endiuia, boli arme. omnium ana. ʒ. iij. mastiches, cinnamomi, origani, omnium ana. ʒ. iij. sachari. ʒ. i. terantur, et cribellentur, & conficiantur cum geleniabin, & reponatur. & sumantur ex ea omni mane. ʒ. viij. Cibus autem eius, sit aqua hordei, & robub fructuum, & emplastratur dorsum eius taratit trito & cōfecto cum aqua rosarum.

Ad retentionem menstruorum, & dolores.

Conquesta est mihi mulier, cuius ætas erat. xx. annorum, de retentione menstruorum cum doloribus. & erat æqualis complexionis per comparationem. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuata est ea cito. ¶ *Medicina ad prouocationem menstruorum.* Recipe spicæ Indæ & Romanæ, & corticem casia lignæ, & rubia tinctorum, asari, anisi, omnium ana quartā. ʒ. i. medullæ seminis melonum, medullæ seminis cucurbitarum, medullæ granorum faseolorum, seminis apij, rutæ, ciccoris nigri, seminis endiuia, berberis & euberberis. i. costi, omnium ana aur. i. terantur, & cribellentur, & leniantur cum melle despumato, & sumantur ex eo ante euentum menstruorum octo diebus. ʒ. iij. omni die cum aqua, in qua decoquuntur cicera aut faseoli.

Ad dolorem iuncturarum, & podagras, & uentositatem.

Et conquestus est mihi Afflius (qui erat ex Manchara, & habebat corpus strictum, ad æqualitatem propinquus) de doloribus iuncturarum, & ægrotudine podagræ, & uentositate. Composui ergo ei hanc medicinam, quæ est mirabilis medicina ad podagram. ℞. acori, dactyli albi recentis. ʒ. i. ossium uerustorum, lentis excorticatæ, turbith, senæ, omnium, ana. ʒ. i. sachari. ʒ. i. terantur, & cribellentur, & bibantur ex ea omni die. ʒ. iij. cum aqua calida.

Ad uarices.

A *Ad uarices.*

Et conquestus est mihi uir prædictus nuper de quo iam dixi, qui erat de illis de Manchara, de ægritudine uaricum in cruribus suis. Composui ergo ei hanc decoctionem.

¶ *Modus decoctionis ad uarices.* Recipe epithymi Cretenfis, myrobalanorum, kebulorum, amborū añ. ʒ. i. polypodij excorticati, fucchaha, bedegwad, floris uiolarū, tamarindorū, absinthij romani, squināthi, centaureæ, herbæ eupatorij, omnium añ. ʒ. f. passularū enucleatarū quartā librę unius, cōtūdantur, & decoquātur cū trib. libris aquæ, donec cōsumātur duæ tertiæ, & cōfricētur manibus, & colētur, & bibat̄ ex ea tertiā librę cū. ʒ. i. olei amygdalini amari in omni die tertio, & fiat emplastrū sup crura cū emplastro de adipibus. ¶ *Emplastrū de adipibus, cuius iste est modus.* Recipe adipis agni, adipis porci, adipis ursi, uituli, cerui, hirci, asini syluestris, anatis, gallinæ, uulturis, ana omnium. ʒ. i. olei sesami, olei de kerua, olei lētiscini, medullę cruris uaccini, olei amygd. amaranū, ceræ albę, omnium añ. ʒ. f. ce. ru. butyri uaccini, amborū añ. lib. i. liquefiat, & coletur, & administretur.

Ad hæmorrhoidas.

B Et conquestus est mihi uir qui mecum conuersabatur, & erat multi ieiunij, siccus corporis: super quem uicissim eueniebant hæmorrhoides, quæ erant in interioribus eius & ipsius exterioribus, & illud erat propter multitudinem ciborum suorum frigidorum, sicut est farina hordei, & comestio lentis, & acciderat ei cum illo tremor uehemens. Composui ergo ei hanc medicinam, & euasit ab ægritudine sua usque ad decem dies. ¶ *Confectio ad hæmorrhoidas.* Recipe myrobalanorum, kebulorum, citri. bell. seremlegi, omnium añ. ʒ. i. terantur, & cribellentur cum. ij. ʒ. olei amygdalarum dulcium, donec proijciant ipsum. deinde adiungatur ei bdelij Indi quarta lib. i. foliorū rosarum, spodij, granorum myrti torrefactorum, scorix ferri infusæ scilicet in aceto, karabæ, mastiches, xyloal. neruik, abrengi, plumbi usti cum sulfure, omnium añ. ʒ. iij. terantur cum rob coagulato. & sumatur ex eo omni die. ʒ. vi. cum aqua calida. & utatur hoc emplastro.

¶ *Modus emplastri ad hæmorrhoidas.* Recipe plumbi usti cum sulfure & cerusa, lithargyri, cineris uitis, cineris corticum nerigil, balaustiorum, omnium ana. ʒ. i. ceræ albæ, olei sesami, butyri, omnium ana quartam libræ unius, adipis porci. ʒ. ij. medullæ cruris uaccini. ʒ. ij. liquentur, & colentur dum calēt in mortario de plumbo nigro, & sit manica eius ex ipso. & siccentur in Sole diebus aliquot, donec accipiat ex plumbo uirtutem. Emplastrum autem de adipibus nuper prædictum est magnorum iuuamentorum ad uentositatem gibbositatis, & doloribus iuncturarum, & ægritudinibus earum, & ad uentositates, & ad spasmus qui nominatur tortura, & ad omnem spasmū in neruis, & paralyticos siccorum corporum, & similiter hoc emplastrum in quo diximus plumbū, confert omnibus ægritudinibus ani, & ægritudinibus neruorū, & ulceribus melancholicis, & administratur in ægritudinibus multis, quando medicus est prudens.

Ad cogitationem & timorem.

Descriptio electuarij dia pepereon, quod composui uiro ex regibus qui erat †Caron, & erat septuagenarius, & erat magnus, & acciderat ei cogitatio & timor. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est ea plus alijs medicinis. Cuius permistio. Recipe piperis albi & nigri, macropiperis, neremisk† galangæ, zingiberis, spicæ Indæ & Romanæ, keisim, amomi, carpobalsami, xylobalbami, corticum cassiæ lignæ, mastiches, xyloaloes, gariophyll. asari, cinnamomi, keffati abrengi, corticum citri siccorum, omnium ana. ʒ. i. been albi & rubri, zedoariæ, doronici, ammeos, radicem liquiritiæ, margaritarum minutarum, karabi, coralli, lazuli abluti, sandarachæ, croci, nucis muscata, aristolochiæ lōgæ, seminis portulacę, seminis apij, coriādri, setæ crudę incisæ, omnium ana. ʒ. i. & f. maceris, faufel, galliæ, omnium añ. quartam partem. ʒ. unius. musci. ʒ. ij. terantur, & cribellentur, & leniantur cum duabus. ʒ. olei amygdal. & conficiantur cum melle de fauis, postquā aufertur spuma eius. & sumantur ex eo omni die. ʒ. ij. hoc enim stat loco confectionum magnarū

Neremisk.

D cum medicinæ speciales sint uelocioris iuuamenti alijs medicinis, propter susceptionē à natura.

Ad torturam, & inclinationem, & spasmus in facie.

Et composui hanc medicinam puero paruo, cui acciderat tortura, & inclinatio, & spasmus in facie sua, à casu uirtutis mouentis lacertos, exeuntis à uentriculis cerebri.

¶ *Medicina ad spasmus & inclinationem faciei.*

Recipe calaminthes, ro. cinnamomi, zedoariæ, gariophyll. omnium añ. aur. i. sandal. xyloaloes, amborum ana. ʒ. i. musci. ʒ. f. terantur, & cribellentur, & leniantur oleo balsami. & conficiantur cum melle despumato. & bibatur ex eo omni mane quarta. ʒ. i. usq; ad. ʒ. unam cum syrupo de calaminthe, cum quo sigillatur liber iste. iuuatus est ergo ea usq; ad hebdomadem.

Odoramentum conferens spasmō & torturæ.

Odoramentum quod est caputpurgium, spasmō conferens, & inclinationi quæ dicitur uentositas torturæ. & ipsum confert statim.

Caputpurgium ad torturam.

Recipe castorij, doronici, been al. et ru. condisi, opopanac. abrengi, spicę, baurach, omnium ana partem unam. terantur, & cribellentur, & aromatizētur cum musco, & fit sternutatio cum ipso.

Syrupus acetosus, quo conseruatur sanitas corporis.

Syrupus acetosus purus, quo cōseruatur sanitas. Recipe aceti albi libras decem, mellis despumati lib.

GALENO ATTRIBVTVS LIBER

mati lib. x. rob libras. x. decoquantur omnia donec fiat eis spissitudo mellis. hoc est enim ultimū. E

*Syrupus de calaminthe, cuius descriptionem conditionauimus in fine libri: qui est
iuuatiuus spasmō, & alijs pluribus.*

Syrupus de calaminthe, cuius descriptionem conditionauimus in fine libri: qui est iuuatiuus spasmō accidenti pueris, & decrepitis, & medijs, & hydropicis, & asthmaticis, & anhelitui dilatationis, & ægritudinibus phlegmaticis, & melancholicis, & est gloriosioris quantitatis medicinis omnibus in hoc modo. Cuius permistio. Recipe calaminthes fluuialis, calaminthes montanæ, uenarum radicem liquiritiæ, radicis squinanthi, radic. endiuia, radicis scariolæ, radic. lilij cœlestis, polij, centaureæ, omnium añ. iij. libræ unius. contundantur, & decoquantur cū. xx. lib. aquæ, donec consumantur duæ tertiæ, & remaneat tertia, & fricetur manibus, & coletur, & sumatur pannus lenis, & ponatur in eo spicæ. Inde & Romanæ: & ravedseni, croci, mastiches, squinanthi, gariophyll. electorum, nucis muscatæ, cyperi, arakieri, cubebæ, omnium añ. aur. i. terantur & ponantur in panno præparato ad modum bursæ, & ligentur ligamento mollificato. & decoquantur cū eo quod clarificatur ex aqua. & sit sicut aqua mellis despumati. & sit medietas eius de rob. & decoquantur donec fiat spissitudo, & coletur, & reponatur, & administretur quando necesse fuerit ad omne quod narrauimus. Inquit Hunayn filius Isaac. Istud est quod inuenimus ex libro religiosorum Galeni. & est gloriosioris benedictionis quàm libri eius alij, & iuuamenti. quòd si acciderit alius liber ab ipso, transferam ipsum. E



GALENO ATTRIBVTVS LIBER DE MEDICINIS EXPERTIS: CVI TITVLVS EST, Medicinalis experimentatio.

C E N S V R A.

In eiusmodi etiam Arabum experimentis iudicium & ratio adhibenda est. G



GNIS qui de cœlo descendit super altare, cōbussit libros regis: & cū his combussit plurimos libros medicorum. Mihi autē combussit plurimos libros, quorum quidā erant cōpleti, & quidam quos inceperā componere. & non doleo de illis libris, quantū de quibusdā experimentis medicinæ quæ erant ibi, quæ acquisueram à quibusdā bonis uiris experimentatoribus. & forte pro uno experimēto acquisito dabam multa bona experimenta. & forte dabā pecuniā. Et scio unum qui curabat lapidē in uelica perfecta curatiōe, et hoc in multis hominibus. & lucrabatur infinitam pecuniā per hoc. & solūmodo p hanc medicinā acquisuerat sibi nomen optimi philosophi. Et scio aliū qui curabat ficū in ano pfecte. & lucrabā infinitā pecuniā. & aliquē docere nolebat. Et scio aliū, qui curabat morsum rabidi canis perfecte. & alij medici uocabant Bezar, id est à morte liberantē. Et forte medicus ex istis medicinis poterit congregare multa. Et bonus medicus ex Græcis, qñ sciuit aliquem hominē scire aliquod experimentū, tribuit illi magnā pecuniā ut ab eo doceret. Et Thamor de regione Aethiopia, q fuit ex bonis experimētatoribus habebat bona experimēta experta. quæ sic custodiebat, q nullus in tēpore uitæ suæ potuit ea habere: & postquam mortuus fuit, peruenerunt illæ medicinæ in manu Satyriorū. qui per ea, mirabilia faciebant, et exaltauit eis nomen inter medicos. Et nos non laudamus hominē ignorantē artē ut habeat has: qm uellet prodesse forte, & nocebit. Et ppter hoc oportet hominē scire cōplexiones, causas, & accidētia, ut cognoscat ægritudines, & earum accidentia. qm qui ignorat hæc, non est securus quin noceat plurimū, & pro maiore parte. Et si aliqñ proderit etiā, hoc erit ex fortuna. Et fortassis est aliqua medicina, cōposita ex magna sciētia experti uiri, aut ad fluxū uentris, aut colicā passionē, aut ad sedandū dolores, aut ad alias ægritudines. & qm utē illa medicina nō in suo tempore, nec in suo loco, ideo nocebit. Verbi gratia, ponatur q aliquis patiat fluxum uentris iādiu, donec corpus extenuetur, aut ex humore qui alterat cibum, aut ex frigore interiorū mēbro rū ita, q non attrahant cibū, aut ex debilitate cysteos fellis in attrahēdo cholera ita, q cholera impellit ad intestina, et faciat fluxū, aut ex apostemate duro, ex genere apostematū melācholicorū, in cōcauitate hepatis ita, q cibum nō possit puenire ad ipsum, sed ad intestinū faciat fluxum uentris, uideretur tibi q cura sit eadem, tamen non est. Ego autem dico, q medicina experta laudata, quando

A quando usurpata fuerit ubi non conuenit, cum eo q̄ non prodest, etiam nocet. Quare nos laudamus medicos altarium, qui curant cum cibis sacrificiorum. quoniam error uelociter corrigitur. error autem medicinae, forte ducit ad mortem. quare oportet ut medicus consideret complexiones & curationes consideratione perfecta. Et ego composui hunc librum ex medicinis expertis quas ego probaui, & acquisiui ex bonis medicis, & magnae sollicitudinis. Et non ponam in hoc libro id quod notum est iam medicis, sicut hiera, opiata, & theriaca, & aliae medicinae, quae sunt notae omnibus hominibus. & non ponam in eo nisi medicinas, quas fere omnes ignorant. hunc etiam librum fecimus unius tractatus. Et si accidat postea q̄ experiar aliquas medicinas, scribam eas.

Prima compositio ex eis est medicina quam accepi ab Astorone experimentatore, qui erat de ciuitate Tereste. & curabat cum ipsa febres antiquas. & ualet ad complexionem corruptam. & aperit uenas, & prouocat urinam, & adiuuat digestionem. cuius haec est confectio. Recipe cinnamomi. 3. i. spicae nardi. 3. ij. xyloaloes. 3. i. f. mastiches. 3. i. anisi. 3. ij. spatanae, gariophyllorum, añ. 3. f. Conficiantur cum melle optimo, & accipe ex eo quantum auellana una, cum aqua calida. & qui est frigidae complexionis, & habet oppilationes, cum aqua foeniculi & anisi. Et iste Astoron, quando aliquis patiebatur dolorem acutum, coquebat chamamelum, & dabat aquam ad bibendum, & curabatur, & nos experti sumus multoties, & inuenimus esse uerum, & experti fuimus medicinam primam saepe, & non fefellit ex eis quae nominata sunt in laude. & testificatur hoc ratio ex compositione eius. quoniam cinnamomum contra operatur putrefactioni. illi autem est bonus odor. quare confert membris interioribus, & subtiliat. Et spica nardi habet bonum odorem, et stypticitatē. et operatio eius est quasi propinqua operationi cinnamomi. sed cinnamomum est subtilius. Lignum aloes cum eo q̄ ualet ad hoc quod ualet cinnamomum, est utilissimum ad frigiditatem stomachi, purgans id quod est in humiditatibus per mirabilem eius proprietatem. Et mastiche dol. sedat in stomacho, et digerit humiditatem. Anisum prouocat urinam, & aperit oppil. est. n. ualde subtile. & liquefacit superfluitates. & facit dol. quiescere. Spatana aperit oppilationes, & ualet spleni utilitate magna. Gariophylli desiccant humiditates extraneas, & confortant membra interiora. Et dabat ad potandum aquam in qua decocta fuerat radix iridis, patientibus oppilationem crassam, & prima hora curabantur. Et ego dico q̄ decoctio absinthij, & cetaureae minoris faciunt haec. sed radix iridis fortius operatur.

Alia medicina, quam accepi ab aduena Aegyptiaco, qua curabat oppilationes antiquas, & febres, & asthma antiquum. & non est ei similis. & iste aduena acceperat ab uno medicorum altarium. Cuius haec est confectio. R. radic. iridis, aristolochiae longae, & ro. succi marrubij, añ. 3. iij. succi gassit, myrrhae, chamadryos, & caphorae, añ. 3. i. spicae nardi, spatanae, añ. 3. ij. granorum balsami, ligni aloes, añ. 3. ij. & f. puluerizetur, et conficiantur cum syrupo mel. qui fit secundum hunc modum. R. gario. cinnamo. carda. myrrhae, añ. 3. i. & f. liga has medicinas in panno raro, & pone in. i. lib. aquae die et nocte. deinde cola, & colaturam admisce lib. i. mellis boni, & coque super prunas sine fumo & flamma, & coque, donec fiat syrupus. postea confice cum oleo alias medicinas, & serua. & da ex eo in aegritudinibus quas diximus, in modum auellanae uel castaneae. hoc electuarium est de melioribus medicinis quas uidimus. Et uidi hunc medicum curare multas aegritudines per medicinas simplices, & ex eis quas dabat est. 3. i. aristolo. ro. asthmatico. & dabat decoctionem epithy. epileptico ex melancholia. & accipiebat. 3. i. ex eo & ponebat in aqua calida per noctem. mane colabat, & apponebat a sexta parte. 3. scamoniae, usque ad octauam partem. 3. nos aliquando addidimus agarici. 3. i. & dabat ad bibendum decoctionem agar. contra dolorem capitis. & dabat ammoniacum contra dolorem iuncturam ex humore crasso. & saepe curabat taliter. Ego autem semper soleo dare de succo marrubij & stochados, mistis cum aqua, in qua decoctum fuerit marrubium uiride & chamadrys, & dabam asthmatico. & ex eo sanauimus multos. Aliud medicamentum, quod accepi ab aduena, cui non est simile. ualet epilepticis, & anhelosis, & tussibus. & est expertissimum ad epilepsiam. R. hyssopi sicci, ireos, myrrhae, piperis nigri & lon. carda. sed in loco eius ponitur nastur. & carui, añ. 3. ij. spicae nardi, costi, ammeos, añ. 3. i. confice cum aqua in qua decoctum sit squinanthum. & si uolueris q̄ purget, cum melle confice. & da ex eo tamen a. 3. ij. usque ad. iij. et ultimum est ad hoc. Et dicamus decoctiones quas probauimus, & lucrati sumus ab isto medico. Decoctio squinanthi, & granorum balsami, quoniam biberit ex ea epilepticus, & q̄ habet hum. crassos, quotidie, confert ei. Aqua in qua decocta est assa, quoniam biberit tristans curabit. Decoctio agarici, quam si quis biberit q̄ habet dolorem antiquum capitis, sanabit. Decoctio carui, & feminis apij, prouocat urinam & menstrua fortiter, & subtiliat humores crassos. Decoctio cetaureae curat ischiadem. Decoctio corticis fistici confortat stomachum, & mundificat canales pulmonis & hepatis. Decoctio asari, prouocat urinam, & menstrua fortiter. Decoctio mastiches confortat stomachum debile ualde. Ista ergo decoctiones accepimus ab aduena Aegyptio expertas. & probauimus eas, & inuenimus esse ueras. Medicamentum, quod accepi a quodam sene, curat splenem durum. Et si positum fuerit super scrofulas, dissoluit. et est sublimē ualde. R. ammoniaci. 3. quatuor, dissoluatur in succo chamameli, aut in succo anethi, aut in decoctione floris chamameli. & misce cum eodem radi. caparis, conficiantur, & da ad bibendum. 3. ij. cum decoctione carui. Medicamentum expertum, quod habui & accepi a quodam uiro experimentatore, ualens ad splenem. Recipe scolopendriae, granorum balsami, granorum tamarisci, rubiae añ. 3. ij. confice cum melle, & detur ex eo 3. iij. & postea bibat acetum

GALENO ASCITVS LIBER

acetū in quo cocta fuit spatana. i. acorus, ita q̄ de spatana. 3. ij. mittantur in octo. 3. aceti. et coque
 usq; ad. iij. 3. Medicamen quod accepi ab eo etiā, & ualet stomacho frigido. prouocat urinā, ape
 rit oppilationes, & est minus forte. Recipe cinnamomi. 3. i. folij corticis fistici, cardamomi, ablin
 thi, agarici, squināthi, granorū balsami. añ. 3. ij. succi stœchados, seminis fœniculi, anisi, asari, añ. 3.
 4. myrrhe, aristolochiæ rotundæ, radic. iridis, mastiches, añ. 3. i. cōfice cum melle bono. & sume. 3.
 ij. cū aqua, in qua decoctum sit asarū & semen fœniculi. Aliud medicamē quod recepi ab Agar
 geo, cōfortat membra frigida. & ualet spasmō, & mortificationi membrorū, & generaliter om
 nibus passionibus cerebri frigidis, & neruorum. R. agarici, ammoniaci, succi stœchados, piperis
 trium generū, squināthi, carui, añ. 3. ij. castorij, asari, scyllæ assata añ. 3. i. rad. iridis, & mastiches, &
 seminis apij, añ. 3. f. spatana, scorodi, zingiberis añ. 3. i. f. confice cum melle bono. & sumat ex eo
 3. ij. cum aqua calida. & iste Agargeus fuit de sapientibus qui fuerit tempore suo. & erat qui ha
 bebat unam medicinam, quam neminem docere uolebat: dabat enim eā habētibus fortē dolorē,
 & statim prouocabat urinam & uentositatem expellebat ita, q̄ mox auferebatur dolor. Cuius cōfe
 ctio hæc est. Recipe iridis, chamædryos, seminis fœniculi, anisi, apij, asari, añ. 3. ij. cinnamomi, zin
 giberis, carui, florum chamæmeli, ana 3. i. succi, stœchados, gentianæ, marrubij, ana 3. ij. pulueri
 zentur, & conficiantur cū decoctione asari, squinanthi, seminis fœniculi. fac pilulas. 3. i. & da cū aqua
 in qua decoquitur flos chamæmeli. hæc etiā medicina est fortis ualde, & non est ei similis in pro
 uocando urinā, & subtiliando humores, & aperit oppilationes, & stomachū frigidū temperat &
 confortat. Aliud medicamen quod accepi ab eo, & ualet ad febres cōpositas, & digerit humo
 res crudos. R. seminis apij, seminis fœniculi, radicis iridis, aristolochiæ longæ et rotundæ, fol. cha
 mæpityos, meu, phu, añ. confice cū oxymelite scyllæ, & sumat ex eo cum aqua calida, in qua deco
 quitur semen apij. Aliud ad febres compositas & chronicas expertum, & iam probaui multo
 ties. R. assæ fœtidæ, bonæ, piperis nigri & longi, et seminis apij, anisi, fœniculi, puluerizentur, & cō
 ficiantur cum uino antiquo. & da de eo cum aqua decoctionis fœniculi. Aliud expertum pro
 uocans urinam. Recipe asari, seminis fœniculi, rubiæ, costi, añ. 3. i. satireiæ, hyssopi sicci, añ. 3. ij.
 puluerizentur, & formentur pilulæ, & detur ex eis. 3. i. cū aqua decoctionis fœniculi & anisi.
 Aliud ad puncturas scorpionis. Recipe assæ fœtidæ, scorodi, cetauræ minoris, añ. 3. ij. seminis ru
 tæ, castorij, añ. 3. iij. puluerizentur, & cōficiantur cū uino antiquo. Experimentum probatū qd̄
 laxat humores uiscosos. & est optimum contra ischiadē. & est de experimentis Irini Romani.
 Recipe satireiæ, mastiches, radic. ireos, succi stœchados, zurungē añ. 3. i. agarici, turbith, añ. 3. iij.
 conficiantur cum succo fœniculi. fac pilulas, & da secundum uirtutem patientis. Aliud consti
 pans naturam arostrocamet, ualens ad fluxum uentris, qn̄ fit ex debilitate uirtutis retētiuæ: cōfor
 tat intestina & membra interiora. R. ro. pul. granorū myrtæ, sumac, luti armenici, añ. cōficiantur
 cū succo plantaginis, & fac pilulas. 3. ij. & da cū aqua decoctionis granorum myrtæ. Aliud ua
 lens ad fluxum ex debilitate hepatis. & est expertū. R. ligni al. ros. spicæ nardi, cinnamomi, ber
 beris, añ. 3. ij. lacca, rhu barbari, gariophyl. añ. 3. f. cōficiantur cū aqua decoctionis rosarū & da. 3. ij.
 Aliud, & est ad fluxum prouenientem ex causa frigiditatis membrorum. & iste modus fluxus qn̄
 accidit, uix separatur. & ista medicina est nimis utilis ad hoc. R. cinnamomi, ligni al. gariophyl
 lorum, anisi, carui, chamædryos, aristolochiæ rotundæ, spatana, añ. 3. i. puluerizentur, & conficiā
 tur cum aqua decoctionis ligni al. Medicamē aliud quod accepi ab Acostror, qui fuit socius A
 strocani: & uocabat ipsum electuariū ligni al. & non est ei simile. & iam probaui id sæpe. & ualet
 ad debilitatē membrorū interiorum, & ad fluxū hepatis, & aperit cannales, & subtiliat humores,
 & confortat hepar ualde. R. rhu barbari, lacca, spicæ nardi, asari, chamæpityos, galangæ, gario
 phyl. anisi, añ. 3. iij. ros. maioranæ, mastiches, granorū balsami, phu, meu, añ. 3. i. squinanthi. drac. i.
 & f. ligni aloes, chamædryos, succi stœchados, añ. 3. i. conficiantur cum aqua decoctionis ligni
 aloes & spicæ nardi. postea misce mel quod sufficit, & malaxa. & sume ex ro. 3. ij. uel iij. cum aqua
 decoctionis ligni aloes & spicæ nardi. & hæc medicina est de nobilioribus medicinis ad ea quæ
 diximus. qm̄ prouocat urinam, & confortat membrum, & aperit cānales, & ualet ad lapidem. Et
 iste Acastror dabat ad potādū decoctionē chamæmeli ei qui patiebatur dolorem fortē ex frigi
 da causa. & ponebat patientem in balneo eiusdem herbæ. & dabat decoctionem utriusq; aristol.
 asthmaticis, & ad prouocationem menstruorum. Et dabat saccharum ros. habentibus flāmam in
 stomacho. Medicinæ breues quibus utebatur Casion, qui erat ex Armenia anteriori, & fuerunt
 expertæ, & bonæ inuentæ sunt. Medicamen ualens ad morsum scorpionis. Recipe assæ fœti
 dæ, galbani. conficiantur cum decoctione scorodi, & aristolo. & accipe ex eo auellanam cū aqua
 calida. Medicamen ualens asthmaticis. Recipe marrubij, aristolo. añ. 3. ij. lacca. 3. iij. conficiantur
 cum melle. & da. 3. iij. Aliud subtilians humores. & ualet contra putrefactionē. R. spicæ nardi,
 cinnamomi, gariophyl. aristolochiæ longæ, cōficiantur cū uino odorifero, aut cū aqua decoctio
 nis aristolochiæ rotundæ, & gasit. Aliud ualens ad hepar, & cannales eius. & extenuat pingues
 homines. Recipe aristolochiæ rot. lacca, rhu barbari, spicæ nardi, añ. 3. iij. conficiantur cum mel
 le. & da. 3. iij. Medicamen prouocans urinam fortiter. et est ualde bonum cōtra fe. phlegmaticas
 & melancholicas. R. casia, lacca, anisi, apij. añ. cōficiantur cū melle, et da. 3. iij. cum aqua calida
 in qua

A in qua coctum fuerit anisum. Medicamen dissoluens naturam cito, & dissoluens uentositates. Recipe mastiches, anisi, zingiberis. ana 3. i. turbith. 3. iij. puluerizentur, & conficiantur cum melle bono. & da. 3. ij. Aliud huiusmodi expertum. Recipe turbith, agarici añ. 3. i. mastiches, anisi, añ. 3. i. & f. conficiantur cum melle. & da 3. iij. Aliud purgās cholera. & datur in qualibet hora. & dissoluit cito. Accipe scammonia 3. ij. mitte in coctano, & assa sub cinere calido. postea extrahe, & mitte cum scammonia in cydonio drach. i. mastiches. postea pinse, & fac trochiscos a 3. i. usque ad iij. & da i. Istæ ergo sunt medicinae confectæ. & sunt ualde bonæ, & expertæ.

De medicinis Catilinæ.

Medicinae Catilinæ, qui fuit medicus Lithois regis. Medicamē expertū ualēs hydropi, dissolvens uentositates crassas, & confortans stomachū debile. & est sicut bezahar ad has ægritudines quas diximus. Recipe anisi, iridis, laccæ, spicæ nardi, ligni al. gariophyl. agarici, ana 3. iij. carui, hermel, fœniculi, ana drach. ij. aristolochiæ longæ & rotundæ, cetauræ minoris, satureiæ, ammeos, myrrhæ, origani, ana drach. iij. mastiches, rosarum, ana drach. viij. rhabarbari, gentianæ ana 3. v. squinanthi, mentæ siccæ ana drach. vi. conficiantur cum melle bono. & sume drach. ij. usque ad iij. cum aqua decoctionis carui & aristolo. & hæc medicina est nobilis ad ea quæ diximus, & eius compositio hoc ostendit. Electuariū expertum ualens feb. antiquis. & uentositatibus crassis. & purgat urinam. Recipe floris chamæmeli, anisi, laccæ, aristolo. rotun. ana drach. quatuor. mastiches drach. i. ros. drach. ij. rubiæ drach. i. conficiantur cum melle. & utere. Aliud. ʒ. floris chamæmeli, anisi, rubiæ, fœniculi, asari, ana. conficiantur cum melle. & sume ex ea drach. ij. cum aqua decoctionis anisi. Aliud prouocans urinam. Recipe asari, rubiæ, seminis cucumeris & cymini, seminis apij. ana. conficiantur cum syrupo facto ex marrubio & melle. Medicamen expertum ualde hydropi. dissoluit enim inflationem. Recipe iridis, aristolo. agarici, ana. conficiantur cum syrupo facto ex asaro, carpobal. & melle. & sumat drach. ij. cum decoctione fœniculi. Aliud prouocans urinam. Recipe amygd. dulcium, seminis cucumeris, asari, aristolochiæ longæ, ana 3. i. conficiantur cum aqua decoctionis rubiæ. & detur cū aqua decoctionis fœniculi & apij. Aliud ad hydropem & asthma. Recipe iridis, succi marrubij, aristolochiæ longæ & rotundæ, laccæ, añ. conficiantur cum decoctione iridis. & detur cum aqua calida decoctionis gentianæ. Aliud prouocans urinam. Accipe salinca, seminis cucumeris, lactucæ rubræ, ana. confice cū melle. & detur ex eo drach. iij. Aliud confortans hepar confortatione magna. & ualet complexioni frigida & humidæ. & est mirabile. Recipe rhabarbari, laccæ, gariophyl. ligni aloes, ros. rubiæ ana. conficiantur cum aqua decoctionis corticis fistici & gasit. & dentur drachmæ duæ ex eo cum aqua decoctionis aristoloch. rotundæ & gasit. Aliud expertū ad splenem. Recipe scolopen. ammoniaci, radicis capparisi, ana. confice cum melle & aceto. & dentur ex eo drach. iij. cum decoctione aristolochiæ rotundæ. Aliud ualens contra lapides. ʒ. sanguinis hirci sicci, lapidis Iudaici, salinca, lapidis qui inuenitur in cysti fellis uaccæ, asari, amygdalarum amararum, seminis cucum. bdelij, costi, ana. conficiantur cum aqua & melle, in quibus sunt decocta rubia & costus. & dentur 3. ij. cum aqua decoctionis asari, & floris chamæmeli. Aliud expertum cōtra lapidem renum. ʒ. sanguinis hirci sicci, lapidis citrini qui inuenitur in cysti fellis uaccæ, fœniculi, salinca, amygdalarum amararum, ana. confice cum uino antiquo, uel aqua decoctionis radicum apij et fœniculi. forma trochiscos unius drachmæ. Et da. i. cum syrupo de salinca.

De medicinis Socionis.

Medicinae Socionis. Iste fuit maximus medicorum Græcorum, qui habebat experimenta plurima in fine nobilitatis. quæ nos acquisiimus à discipulis eius, scilicet Teranoz & Hargomez & Harcoz. Medicamen magnæ nobilitatis & utilitatis, laxans & dissoluens crassas uentositates, & non est ei simile, quod etiam iam probauimus. Accipe agarici drach. iij. ellebori nigri drach. ij. & f. mastiches drach. x. folij, ligni aloes, asari, radicis iridis, turbith, squinanthi ana drach. ij. anisi, carui, fœniculi, ammoniaci, ana drach. i. scillæ assatæ drach. quatuor, rosarum drach. vi. scammonia drach. i. confice cum melle bono. & da de eo quasi auellanae pondus. Decoctio purgans matrices mulierum, & dissoluens uentositates, & prouocans menstrua. Recipe florum ammeos, harmel, asari, flor. chamæmeli, fœniculi, gentianæ, spicæ nardi, squinanthi, chamæpityos, chamædryos, anisi, rubiæ, ana drach. decem. coquantur in iij. lib. aquæ donec remaneat libra una, deinde amoueat ab igne, & dissoluatur in eadem aqua calida drach. i. ammoniaci. & detur de eo, quoniam est mirabile. Decoctio ualens nimis in declinatione febris quotidianæ. Recipe gentianæ, radicis apij, radicis fœniculi, rubiæ, agarici, turbith, asari, rosarū, spicæ nardi, ana drach. i. ponantur in caldario cum tribus libris aquæ, & coquantur super ignem leuem sine fumo & flamma, donec remaneat lib. i. & soluat in ea calida drach. i. laccæ, & utatur. Aliud prouocans urinam cito. Recipe phu, rubiæ, terantur. & dentur ex eis drac. ij. & f. cum aqua decoctionis hyssopi, & satureiæ calida. Aliud dissoluens omnes durities. curat & duritiem splenis, & scrofulas. ʒ. tragacanthæ, floris chamæmeli, & pic. liquidæ, ammoniaci, medullæ cruris uituli, galbani, ana. conterantur, & dissoluatur ammoniacum in aceto antiquo. liquefiat medulla & pix. & conficiantur pulueres, & misceantur, & super locum ponantur. Aliud huiusmodi. Accipe foliorum cap-

Spurij.

Oꝝ paris

GALENO ATTRIBVTVS LIBER

paris, ammoniaci, galbani, capillorum ueneris, floris chamæmeli, medullæ cruris cæruini, ana. cō-
 ficiantur, & ponantur super locum durum. Aliud quod cito laxat & dissoluit inflationem, &
 prouocat urinam, et ualet hydropicis. Recipe turbit, agarici, fœniculi, anisi, ana. 3. i. scammonie
 octauam partem drach. i. radicis iridis, lacca, spinæ romanæ, rubiæ, phu, ana. drach. i. & semis. cō-
 ficiantur cum syrupo facto cum melle, hysso, & origano, satureia, & utatur. Aliud ualde bo-
 num, subtilians humores. bonum contra asthma, & laxat humorem uiscosum. Recipe aristolo-
 chia rotundæ, rhu barbari, succi marrubij, lacca, turbit, ana. drach. i. mastiches drach. ij. agarici
 drach. unam. cōficiantur cum syrupo facto ex melle et marrubio, & utatur. Aliud ualde bonū.
 & dicitur electuarium iridis. & est multarum utilitatum. & est ualde mirabile contra hydrop. &
 contra debilitatem hepatis. & prouocat urinā & menstrua. & laxat humores diuersos. Recipe
 aristolo. rotun. lacca, squinan. marrubij ana. 3. iij. ligni aloes, rosarum, ana. drach. iij. agarici. 3. viij.
 radicis iridis. 3. i. conficiantur cum bono melle. & detur secundum uirtutem cū aqua decoctionis
 spatanae & satureia. Aliud electuarium. & dicitur electuarium rhubarbari. & confortat hepar.
 & est nimis expertum. & nos iam probauimus ipsum sæpe. Recipe aristolochie rotundæ, ligni
 aloes, lacca, spicæ nardi, folij rosarum, ana. 3. x. rhu barbari. 3. xx. conficiantur cum syrupo facto
 ex melle. & detur ex eo quasi auellana cum aqua calida decoctionis folij & gariophyllorum. est
 enim optimum in confortatione hepatis, & omnium membrorum interiorum. Aliud electuariū
 aristolochiæ ad remouendum typum in febris chronicis. Recipe assæ fœtidæ, zingiberis,
 folij, chamæmeli, piperis nigri & longi, centaureæ, harmel, ana. drach. i. aristolochiæ rotundæ, ad
 pondus omnium. Conficiantur cum syrupo facto ex melle, & aristolo, & utatur secundum uirtu-
 tē patientis à 3. i. usq; ad 3. ij. Aliud dissoluens uētositates. Recipe assæ fœtidæ, rutæ, satureia,
 castorij, ana. 3. ij. anisi, fœniculi, ana. 3. i. conficiantur cum melle. & utatur cum uino puro. Aliud
 dissoluens uentositates, & prouocans urinam fortiter & menstrua. Accipe anisi, lacca, aristolo-
 chia rotundæ, rubiæ, gentianæ, meu, phu, spicæ nardi, costi. conficiantur cum melle. & dentur ex
 eo. 3. iij. cum aqua calida decoctionis fœniculi.

De medicinis Azariconis philosophi.

Medicinæ Azariconis. Iste uir quamuis non habuerit nomen inter medicos, recepi tamen ab
 eo quatuor medicinas nimium expertas. Primum medicamen ualet ad fe. chronicas, quæ fiunt ex
 humore crasso, & aufert typum. & soluit uentositates. & laxat humorem uiscosum. & ualet para-
 lyti. Recipe iridis drach. x. piperis nigri & longi & albi, assæ fœtidæ, scorodi, castorij, folij, semi-
 nis rutæ, asari, ammoniaci, galbani, satureia, sanguinis anseris sicci, sagapeni, xylobal. carpobal. G
 ana. drach. f. spicæ nardi, croci, ana. 3. iij. chamæpityos, chamædryos, ammeos, mentæ, maiorana,
 foliorum rubi agrestis, carui, gariophyll. ligni aloes, cinnamomi, anisi, añ. 3. iij. turbit, ad pondus
 omnium, agarici. 3. decem. terantur, & confice cum syrupo facto ex melle. & detur ex eo. 3. i. & f.
 cum aqua calida decoctionis gentianæ & asari. Istud enim medicamen est ualde expertum con-
 tra infirmitates frigidas iuncturarum, & asthma, & dolores frigidos, & dissoluit uentositates, &
 sæpe probauimus ipsum. Medicamen confortans membra interiora, & est ualde bonum ad
 fluxum chronicum. & confortat stomachum. & aufert uomitum. Recipe nuc. cypressi, ligni
 aloes, tamarisci, ana. drach. iij. rosarum, mastiches, lacca, cinnamomi, ana. 3. ij. confice cū aqua de-
 coctionis rubiæ & myrtæ. & da cum aqua decoctionis cypressi. Tertium medicamen ualet ad
 lapidem renum & uelicæ. & aperit oppilationes. & expellit fæces per urinam. & est expertum.
 Recipe capil. ueneris, cineris scorpionis, gentianæ, uetri adusti, lapidis iudaici, seminis cucum. &
 cucurbi. anisi, radicis lilij cœlestis. puluerizentur, & conficiantur cum aqua decoctionis chamæ-
 meli uel melilo. & melle. & sumatur cum decoctione agarici. Quartum medicamen ualet hy-
 dropic. & frigiditati hepatis, & citrino colorī. Recipe agarici, lilij cœlestis, lacca, aristolo. lon.
 & rotun. succi stœchados, succi marrubij, olibani, phu, chamædryos, chamæpityos, cinnamomi, H
 ana. 3. ij. folij, gariophyll. ana. 3. v. rhubarbari, anisi, ana. 3. iij. ligni aloes, ad pondus omnium. pulue-
 rizentur, & conficiantur cum melle. & dentur ex eo drach. iij.

De medicinis Gereonis.

Medicinæ Gereonis Græci. ab isto uiro habuimus. xi. medicinas expertas ad diuersas ægritu-
 dines, quas nos probauimus, & inuenimus ipsas esse mirabiles. Primum medicamen ualet ad
 infirmitatem stomachi frigidi. & confortat ipsum. & est nimis mirabilis. Recipe trium pipe-
 rum, spicæ nardi, zingiberis, ro. ana. 3. decem. ligni aloes ad pondus omnium. confice cum melle.
 & da cum decoctione ammeos, & mentæ, & gariophyll. Secundum ualet ad dolorem fortē. &
 iam probauimus ipsum. Recipe floris chamæmeli, squinanthi, centaureæ, aristolochiæ rotun-
 dæ. confice cum melle. & da drachmas quatuor cum aqua calida. Tertiū huiusmodi est. sed præ-
 cedens securius est. Recipe croci, spicæ nardi, opij Thebaici, añ. drach. ij. chamæmeli drach. ij.
 confice cum melle. & da drach. f. cum aqua calida. Quartum huiusmodi. & est mirabile. Reci-
 pe succi coronæ regiæ, chamæmeli quando fuerit uiridis, ana. drach. iij. Et si istæ herbæ non fue-
 rint inuentæ uirides, accipe earum decoctiones, & pone octauam partem drach. croci, & squinā
 thi. 3. iij. & bulliant usq; ad medietatem. & da bibēdam colaturam. Quintum ualet ad dolorē ex
 oppilatione.

Appilatione. Recipe radicis lilij cœlestis, agarici, ana. 3. iij. aristolo. lon. & ro. chamæpi. ana. drac. v. coquantur, & ponantur in lib. iij. aqua, & bulliant super ignem leuem, donec remaneat lib. i. & appone laccæ. 3. i. & f. & da ad bibendum tepidum. Sextum dissoluit uentositates. & ualet colicæ ex uentositate. Recipe cymi, fœnicu. carui, anisi, ana. terantur, & conficiantur cum syru. facto ex melle & ammi & satureia & origano. & sumatur ex eo cum aqua decoctionis radi. apij, & cum 3. i. agarici. Septimum huiusmodi, R. anisi, cumini, agarici, absinth. centaureæ. terantur. & dentur de illis. 3. iij. quando uentositates fuerint multæ, & passio fortis. Octauum laxat humorem uisco sum. & est nimis bonum contra epilepsiam & paralyfin. quo ego semper utor. R. agar. absinth. colocynthid. ana drach. i. anisi, ligni al. masti. ana 3. ij. spatana, ammonia. sagapeni, assæ fœ. radic. lilij cœ. ana. 3. i. & f. aggregentur, & conficiantur cum aqua decoctio. anisi, aristo. lon. & ro. & melle, & sumatur ex eo quasi auellana. Nonum ualet tristibus & timidis. R. radicis aristolochiæ rotundæ, gariophyllorum, ligni aloes, ana. drach. iij. conficiantur cum melle & aqua maioranæ. & da de eo drach. iij. Decimum ualet lapidi renum & uesicæ, dissoluit uentositates, & laxat diuersos humores. & est bezahar. R. turbith, agarici, uetri usti, zingiberis, lapidis iudaici, sanguinis hirci sicci, anisi, fœniculi, triū piperum, chamædryos, chamæpityos, bdellij, ana. 3. iij. confice cum bono uino decoctionis agarici, & carui. Vndecimum ualet ad asthma. Recipe turbith, agarici, aristolo. ro. ana. 3. i. cōfice cum decoctione marrubij. & da cum decoctione asari. Istæ sunt medicinae, quas probauimus sæpe, & inuenimus eas optimas.

De medicinis Betarnem.

Modo dicam medicinas Betarnem Siciliæ, & sunt tres, quas probauimus sæpe, & inuenimus eas esse ueras. Primum ualet contra medicinas mortiferas, & est nimis experta. Recipe laureo læ, luti sigillati, phu, meu, apij, cinnamomi, ana. drach. i. rutæ, xylobalsami, carpobalsami, ana. 3. ij. confice cum melle. & da drac. i. & f. debilibus uel. 3. ij. fortibus. Secundum ualet ad morsum scorpionis. & calefacit corpus. & aufert tremorem in febribus. Recipe castorij drach. i. scorodi drach. ij. costi amari drach. i. & f. zingiberis ana drach. i. conficiantur cum melle. & detur drach. i. & f. cū uino. Tertium prouocat urinam & menstrua. Recipe pulegij, cymini, radicis lilij cœlestis, aristo. rotun. Conficiantur cum melle. & dentur drach. iij. Medicamen quod composuit Amaloz de Macedonia. ualet ad feb. phleg. & dissoluit humores. liquefacit eos. & est bonum duritie splenis. Recipe scolopendriæ, squinanthi, chamæpityos, castorij, trium piperum, spicæ nardi, folij, asari, ana drach. i. turbith, radicis lilij cœle. carpob. xylobal. puluerizentur, & conficiantur cum melle decoctionis asari, squinanthi, opopana, & detur de eo quasi auellana. Medicamen squilitam, quod ualet moribus scorpionis. Recipe aristo. lon. & ro. ana. aur. i. cymini, drach. i. assæ foetidæ, carui, feminis rutæ, ana drach. ij. castorij. drach. iij. Confice cum melle. & da drach. ij. cum aqua calida decoctionis gentianæ, uel aristolo. uel cum bono uino. Medicamen melius, quod ualet ad dolores fortes. & iam probauimus ipsum, & inuenimus melius quàm theriaca. R. cymini, carui, assæ foeti. aristolo. chamæmeli, coronæ regiæ, absinthij, agarici, ana drach. x. trium piperum, opij, ana 3. i. croci. carpobalsami, squinanthi, cinnamomi, ana drach. ij. asari, gentianæ ana aur. i. pulueriza, & confice cum syrupo facto ex melle & squinātho & chamæmelo & corona regia & aniso. & da cum aqua decoctionis anisi.

De medicinis Achaasos.

Medicina sumptæ ab Achaasos experimentatore Athenarum. Ab isto nobilissimo medico accepimus tres medicinas compositas, quibus semper usi sumus postquam nouimus eas. sunt em̄ mirabiles. Et ab eo acquisiuimus triginta medicinas simplices expertas in diuersis egritudinibus. Primum medicamen compositum ualet ad asthma antiquum, & aperit oppilationes. Recipe asari aureum unum, succi marrubij, hyssopi, styra. sicci, castorij ana drach. f. trium piperum, anisi, ana aureos duos. conficiantur cum oxymelite scillitico. & detur ex eo à drach. iij. usq; ad iij. Medicamen secundum ualet ad fluxum antiquum, qui contingit ex frigiditate membrorum. Recipe nucy pypressi, folij, ligni aloes, spicæ nardi, rosarum ana drach. ij. Confice cum aqua decoctionis ligni al. Et da de eo drach. iij. cum decoctione rosarum. Medicamen tertium confortans uirtutem retentiuam. Recipe gallarum, sumach, berberis, ana aureum. i. gummi Arabici usti, ligni al. ana drach. i. rhu barb. drach. iij. confice cum decoctione se. lapathij acuti, & granorum myrti. & detur cum decoctione cypressi. Iste uir curabat ægritudines multas cum medicinis ex quibus elegimus. xxx. medicinas ueraces. Primo dabat mastichen ad dolorem stomachi. Secundo dabat drach. ij. assæ foetidæ contra morsum scorpionis. Tertio dabat drach. iij. aceti fortis calidi contra morsum uiperæ. & est fortis operationis. Quarto mittebat succū aristolochiæ, & intromittebat contra maculā oculorum. & sæpe hoc faciebat. Quinto dabat ad purgandum pectus drach. iij. radicis lilij cœlestis. Sexto dabat drach. i. asari, & curabat stranguriam. Septimo dabat chamæmelum puluerizatum, & malaxatum cum melle, ad dolorem uesicæ & renū, propter rigidos humores existentes in illis instrumentis. & prouocabat urinam. & curabantur. Octauo dabat. 3. ij. laccæ contra oppilationes hepatis. Nono dabat. 3. iij. ammoniaci splenitico. & curabat eū omnino in paucis diebus. Decimo dabat lac leprosis, & curabat multos. Sed in hoc requirit scientia in

Spurij.

O f ij cognoscendo

GALENO ATTRIBVTVS LIBER

cognoscendo causam lepræ in qua lac conueniat. Undecimo dabat rhun barbarum ad debilitatem hepatis de frigida causa. & curabat omnes omnino. Duodecimo dabat drachmas duas cubebæ ad aperiendum oppilationes quæ accidunt in membris interioribus. Tertiodecimo dabat drachmas tres maioranæ cum drachmâ duabus rubiæ ad prouocandum menstrua.

Quartodecimo dabat drach. duas asari ad prouocandum menstrua. Quintodecimo dabat carui Romanum contra ischiadem cum calida, & curabantur. Sextodecimo dabat castorium contra lapidem renum. Decimoseptimo dabat .3. iij. laureolæ cum aceto. & curabat morsus scorpionum. Decimooctauo dabat .3. iij. zingi, ad infirmitates frigidas, & calefaciebat, & est nimis forte.

Decimonono dabat drach. ij. aloes contra tristitiam, & ad confortandum os stomachi, & curabantur usitando. Vigesimo dabat centauream minorem ad ischiadem, & curabantur. Vigesimo primo dabat puluerem gariophyl. contra debilitatem uirtutis digestiua. Vigesimo secundo dabat decoctionem casti contra debilitatem hepatis, & oppilationes, & curabat omnes. Vigesimo tertio dabat oleum uiride contra spasmus ex siccitate. Vigesimo quarto dabat decoctionem agarici contra ægrotudines cerebri & hepatis. Vigesimo quinto dabat alfenid, id est penidias contra infirmitates pectoris, & curabat asthma. Vigesimo sexto dabat decoctionem centaureæ & rutæ contra morsum rutelæ. Vigesimo septimo dabat decoctionem iuniperi ad prouocandum menstrua. Vigesimo octauo dabat decoctionem squinanthi ad dolorem matricis post partum. Vigesimo nono dabat decoctionem gentianæ ad frigiditatem membrorum, & ad fluxum proueniens ex ea. Trigesimo dabat galbanum ad prouocandum urinam, & ad extrahendum embrium. Nos autem non descripsimus has medicinas, quamuis plures earum cognoscantur ab omnibus, nisi ut non negligantur ab eis. quoniam si utatur de illis ut oportet, erunt mirabiles. Et quoties usus fuit decoctione facta ex hyssopo, & asaro, & duabus aristol. curauit de epilepsia: Et cum decoctione solius hyssopi, ex asthmate. Sed oportet medicum scire quando oportet dare has medicinas, & in quo tempore, & in quibus complexionibus ualet. aliter non ualet.

De medicinis Andrezeos.

Medicinæ Andrezeos sunt hæc. Iste fuit philosophus in tempore suo, & habebat multas medicinas compositas: ex quibus elegi quinque expertas, & dimissimus alias quæ cognoscuntur à pluribus. Primum medicamen ualet hydropicis, & frigiditati hepatis. & prouocat urinam generaliter & fortiter. & dico quod nulla medicina est ei similis in apertione hepatis. Recipe radicis lili cœlestis, agarici, calami aromatici, lacce, asari. ros. spicæ nardi, cinnamomi, ligni aloes. añ. 3. i. gaffit, fistici, añ. 3. i. mastiches, anisi, añ. 3. ij. puluerizentur, & misceantur cum uino & melle. & dentur 3. iij. cum decoctione radicis lili cœlest. & gaffit. Secundum medicamen ualet ad asthma, cuius causa est humor crassus. Recipe gentianæ, hyssopi, agarici, añ. 3. f. mastiches 3. ij. Confice cum melle. & da 3. v. Et non est similis isti medicinæ. laxat enim humorem crassum. & scindit humores crassos. Tertium ualet ad dolorem membrorum interiorum. & liberat à colica passione quæ fit ex crassis humoribus in intestinis. R. agarici 3. viij. radicis lili cœlestis, aristolochiæ rotundæ, hyssopi, mastiches, squinanthi, carpob. anisi, añ. 3. i. turbith ad pondus omnium. Confice cum decoctione agarici. & da 3. iij. cum calida. Quartum ualet ad extrahendum embryum. & est ualde forte. Recipe aristolochiæ longæ & rotundæ, assæ foetidæ. añ. 3. v. spicæ nardi, agarici, añ. 3. iij. myrrhæ drach. i. Confice cum decoctione aristol. ro. & da 3. ij. Quintum est laxatiuum diuersorum humorum. Recipe turbith, agarici, mastiches, lili cœlestis, añ. 3. i. ellebori nigri, mastiches, scillæ asaræ añ. 3. i. colocynthidis. 3. ij. scammonia. 3. f. Confice & da 3. i. & non plus. Electuarium quod ualet ad morsum scorpionis. R. rutæ, sulfuris uiui non positi ad ignem añ. aur. vi. castorij aur. i. assæ foetidæ aur. semis, pyrethri, styrac. liquidæ. añ. aur. i. Confice cum melle. & da drach. i. & f. cū uino puro. Electuarium bonum ad dolorem membrorum interiorum. quod habui à quadam muliere, quæ acquisiuerat illud à medic. altarium. R. croci aur. v. opij, aur. ij. spicæ nardi, aur. iij. spatanae aur. ij. radicis lili cœlestis, aur. vi. floris chamæmeli, aur. ij. Conficiantur cum bono melle, & utatur de eo. Aliud optimum ex compositione Games, & est nimis forte. Recipe cinnamomi aur. vi. croci aur. iij. & f. piperis al. aur. iij. & f. galbani aur. iij. costi aur. ij. & f. Confice cum melle. & da 3. ij. uel iij. in maiori fortitudine. Electuarium Zacharonis de Babylonia contra uentositates, & passionem colicam, & frangit lapidem, & laxat uentrem. & iam probauimus ipsum, & est ualde bonum, quando dubitamus in ægrotudinibus utrum sit lapis uel colica, quia commune est ambobus. Recipe turbith, spatanae, añ. aur. vi. cymini, carui aur. i. agarici, radicis lili cœlestis, aristol. añ. aur. vi. origani, hyssopi, añ. aur. i. squinanthi, mastiches, añ. 3. i. Confice cum melle, & da quasi auellanam. Theriaca ualens ad dolorem capitis chronicum, & uentositates, & est mirabilis. Recipe succi stœchados, succi marrubij, absinthij, mastiches, rhu barb. chamæd. chamæpityos, añ. drach. vij. hyssopi aur. i. agarici, ad pondus omnium, pulueriza & confice cum melle. Et da de eo ad infirmitatem cerebri cum aqua calida decoctionis stœchados. & ad asthma cum uino bono. & ad prouocandum menstrua, cum succo iuniperi & fœniculi: Et ad dolorem fortē, cum aqua decoctionis chamæmeli: & ad oppilationem, cum decoctione absinthij: Et ad epilepsiam, cū decoctione pyrethri: Et ad ischiadem cū decoctione centaureæ minoris: Et ad lapidem cum

ap. viij.

cum

- A** cum decoctione radi. lilij cœle. Electuarium lacca, ualens cōtra oppilationes chronicas. & prouocans menstrua. & est bonum ualde: est etiam utile ad asthma chronicum. & ad tussim chronicam. Recipe lacca aur. xx. pip. lon. & nigri, centau. mino. aristol. ro. costi, galbani, ammoniaci, añ. aur. x. marru. asari, ana aur. iij. folij radic. lilij cœlest. liquiri. añ. aur. viij. pulueriza, & cōfice cū bono melle. & da quasi auellanā cum aqua calida. Electuarium lacca magnū, quod habuimus ab Aridione filio Meliz. & est expertum. & est multæ utilitatis. ualet asthma, & tussi, & prouocat urinam: & sedat dolorem fortem, liquefaciendo phlegma. & aufert tristitiam, & dissoluit uentositatem, & est mirabile ad tremorem cordis, & melancholiam, & aquam oculorum, & contra morsum canis rabidi, & contra puncturam uiperæ. Et generaliter dico, quod ualet omnibus puncturis mortiferis. Recipe aristolo. ro. radicis lilij cœlestis, añ. aur. x. squinanthi, aur. ix. asari, aur. xv. piperis nigri & albi, ana aur. viij. chamæpityos, succi marrubij, succi stœchados, añ. aur. viij. spicæ nardi, spicæ Romanæ, mastiches, ammoniaci, galbani, scillæ assata, ana aur. x. ro. iuniperi, ana aur. ij. turbith, agarici, cyperi, ana aur. x. folij, ligni aloes, rhu barbari, croci, olibanī, centaureæ minoris, ana aur. xx. lacca, aur. i. Conficiantur cum melle ro. & detur ex eo secundum quod conuenit ægro. Et est hæc medicina nimis mirabilis ad dolorem fortem. & laxat humores sine labore. et
- B** confortat cor, hepar, & stomachum. Electuarium Assistri, calefaciens corpus. ualens oppilationibus hepatis, & splenis. Recipe aristolochiæ rotundæ, aur. xx. marrubij, chamædryos, gafit, ana aur. v. assæ foetidæ, costi, trium piperum, ana aur. x. mastiches, aur. viij. pyrethri, aur. iij. Confice & da cum uino. Decoctio squinanthi, ualens ad febres chronicas. & aperit oppilationes, & prouocat urinam, & soluit uentrem. Recipe squinanthi drach. viij. marrubij drach. ij. absinthij, radicis lilij cœlestis, ana drach. iij. aristolochiæ rotundæ, aur. vi. agarici, aur. iij. radicis fœniculi. carui, ana aur. x. costi, aur. ij. mastiches, aur. iij. ponatur in caldario. & cū lib. iij. aquæ decoquatur donec remaneat tertia pars. & dentur de eo drach. iij. hæc decoctio est ualde mirabilis habentibus ægritudines phlegmaticas & debilitatem interiorum membrorum ex causa frigida. Decoctio asari confortans membra debilia ex frigore. & auferens dolores, & scindens humores crassos, & aperiens oppilationes. Et est expertissima. Recipe asari aur. iij. anisi aur. viij. absinthij, gētianæ, añ. aur. iij. se. fœniculi, centau. minoris, añ. aur. ij. ponantur cū iij. lib. aquæ, & bulliant donec remaneat tertia pars. & da de eo. 3. iij. Decoctio aristolo. ualens ad lapidem. Recipe aristolo. aur. x. asari aur. ij. marrubij aureum unum. radicis lilij cœlestis, aur. quatuor. saluincæ, seminis cucumeris, anisi, ana aur. vi. coquantur cum duabus libris aquæ donec remaneat tertia pars. Et da de eo drach. quatuor. Decoctio agarici, ualens ad epilepsiam. & purgans matrices. & prouocans urinam. Recipe agarici. 3. x. turbith. 3. i. anisi. 3. iij. armel. 3. ij. radicis apij drach. v. radicis lilij cœlestis 3. iij. mastiches. 3. ij. radicis pæoniæ drach. viij. coquantur cum tribus libris aquæ donec remaneat mediætas. Et dentur qualibet die quatuor. 3. utilis em̄ est ualde, & in epilepsia expertum est. Decoctio assæ foetidæ, ualens ad oppilationes aperiendas. & est utilis ualde. Recipe assæ foetidæ, radicis lilij cœlestis, radicis apij, radicis fœniculi, aristolochiæ rotundæ, ana. 3. x. coquantur cum lib. iij. aquæ sufficienter. & dentur de eo drach. iij. Decoctio pæoniæ, quæ aperit crassas oppilationes, & est ualde experta. Recipe pæoniæ drach. x. radicis pentaphylli drach. v. aristolo. rotundæ drach. vi. coquantur cum lib. iij. aquæ sufficienter. & dentur drach. iij. Decoctio perfecta aristolo. & est mirabilis hydropic. & cito curans eos. Recipe duarum aristol. centaureæ minoris, chamædryos, squinanthi, lacca, ligni aloes, ro. ana aur. x. spicæ nardi, phu, meu, apij, anisi, radicis lilij cœlestis, radicis apij, fistici, cubearum, hyssopi, gariophyll. marrubij, stœchados, cinnamomi, ana aur. viij. ammeos, myrrhæ, ana aureos. v. costi aur. ij. coquantur in libris tribus aquæ sufficienter. Et dentur drach. quatuor cum drach. iij. istius electuarij. Recipe aristolo. rotundæ, granorum iuniperi, centaureæ, ana drach. ij. ligni aloes, aur. i. spicæ nardi. 3. i. marrubij drach. iij. Conficiantur cum prædicta decoctione. Decoctio chamæmeli, prouocans menstrua, & auferens dolorem fortem. Recipe chamæmeli, aur. ix. aristolo. aur. quatuor, lacca drach. ij. spicæ nardi, cinnamomi, radicis lilij cœlestis, ligni aloes, ana drach. i. coronæ regiæ, drach. x. Decoquantur cum libris. x. aquæ in igne lento & sufficienter, donec remaneat tertia pars. & dentur drach. v. Decoctio hyssopi, contra passionem pectoris, & tusses chronicas, & ægritudinem, asthma, & anhelitum malum. Recipe hyssopi, agarici, radicis lilij cœlestis, liquiritiæ, squinanthi, pæoniæ, asari, aristolochiæ rotundæ, ammoniaci, seminis fœniculi, succi stœchados, succi marrubij, lacca, ana aur. ij. decoquantur in libris tribus aquæ sufficienter. Et dentur drach. quatuor in mane. Electuarium optimum contra ægritudines diuersas. & ualet scotomiæ & uertigini. & scindit phlegma viscosum, & purgat ipsum, & aufert dolorem frigidum. Et est bonum contra uenena. & aperit oppilationes. & prouocat mēstrua & urinam, & calefacit corpus, & ualet ad febrem chronicam, & purgat matrices. Recipe agarici, aristolochiæ rotundæ, succi marrubij, lacca, ana drach. v. assæ foetidæ, galbani, rhu barbari, spicæ nardi, phu, seminis fœniculi, radicis apij, trium piperum ana drach. vi. ligni aloes drach. iij. turbith aur. decem. Confice cum syrupo facto ex melle, & asaro, & agarico, & spica nar. & lacca. Et dentur drach. quatuor cū aqua calida. Electuarium expertū contra oppilationes matricis. Recipe aristolochiæ, lacca, radicis lilij cœlestis, añ. Confice cum deco

GALENO ATTRIBUTVS LIBER

Etione gafit. & dētur drach. quatuor cum aqua calida. Electuarium curans lapidem in vesica. **E**
& est expertum. Recipe squinanthi, stœchados, ana drach. i. sanguinis hirci sicci, drach. vi. lapidis Iudaici, drach. ij. anisi, drach. iij. puluerizentur, & confice cum decoctione radicis apij. Aliud ad lapidem. Recipe sanguinis hirci sicci, anisi, aristolochiæ rotundæ, de lapide inuento in felle tauri, uetri combusti, saluincæ, agarici, lapidis Iudaici, amygdæ. amararum, ana, puluerizentur & conficiantur cum melle, & dentur drach. iij. cum aqua decoctionis se. apij. Aliud mirabile contra uentositatem fortem. Recipe anisi, cymini, satireiæ, carui, añ. conficiantur cum melle. & dentur cum decoctione agarici, quæ sic fit. Recipe agarici, cyperi, folij, rad. squinanthi, aristolo. lon. & ro. radicis apij. 3. vi. ponantur in caldario in lib. i. aquæ super ignem leuem. Et dētur. 3. iij. cum duabus 3. medicinæ prædictæ. Medicamen bonum contra asthma chronicum. Recipe laccæ aur. x. aristo. lon. aur. vi. succi marrubij aur. vij. conficiantur, & dentur quasi nux cum aqua calida.

Medicamen quod accepimus ab Acritone contra frigiditatem stomachi, & contra humiditatem eius. Recipe ligni aloes, cinnamomi, rhubarbari, spicæ nardi, mastiches, cardamomi. Confice cum decoctione rosarum & nucû cypressi. Et detur quasi nux. Aliud ualens ad colicam ex uentositate & humore crasso. Recipe anisi, cinnamomi, absinthij, cymini, flores chamæmeli añ. 3. x. agarici, 3. xx. scammoniæ drach. i. mastiches 3. v. Conficiantur cum decoctione carui. Et dentur drach. iij. cum aqua decoctionis gafit. Aliud ad dolorem capitis & contra cephalæam, quod est expertum. Recipe succi stœchados. 3. viij. gafit, spatanz, ligni aloes, añ. 3. iij. mastiches. 3. vi. agarici, ad pondus omnium. Conficiantur cum decoctione rosarum & mastich. & detur à 3. ij. usque ad iij. drach. Aliud quod ualet in principio descensionis aquæ ad oculum, quo sæpe curauit multos & est expertum, & uelocis curationis. Recipe spicæ nardi aur. x. cinnamomi aur. viij. agarici aur. ix. mastiches, ad pondus omnium. Conficiantur cum bono melle. & sumatur de eo quoti die. 3. ij. est enim mirabilis operationis. **F**

De medicinis habitis à Zenone.

Medicinæ Zenonis de Athenis. Iste fuit unus de magnis medicis. ego autem non uidi ipsum, qui non fui temporaneus eius. Sed magister meus uidit ipsum. & ille habebat experimenta bona. ex quibus discipulus eius dedit nobis uiginti experimenta experta. Et nos probauimus ea sæpe, & inuenimus ipsa optima. Primum medicamen quod dicitur electuarium spicæ nardi, confortat hepar debile & cor, & ualet contra uomitum chronicum. Recipe spicæ nardi, aur. c. spicæ Romanæ, aur. x. absinthij, aur. viij. cinnamomi, aur. quindecim. laccæ mundatæ, aur. ix. gariophyll. aur. quinque, gafit, aur. xvi. marrubij aur. duodecim. aristolochiæ rotundæ, rhubarbari añ. **G**
aur. xvi. Cōfice cum melle. & da aur. duos cum aqua calida. Medicamen secundum, quod dicitur electuarium centaureæ, ualet ad podagram, & ad omnes passiones iuncturarum. cui non est simile in hoc. Nam prouocat urinam, laxat crassos humores & diuersos. & sedat dolores. & aperit oppilationes. & est optimum ad lapidem, & liquefacit phlegma. & mundificat superflua à pulmone & pectore. hoc medicamen dedit Zotion de scriptis Zenonis, qui composuerat id per uersus. Recipe centaureæ minoris, aur. c. gentianæ aure. decem, anisi, fœniculi, apij, ana aur. vi. olibanij, gariophyll. añ. drach. i. agarici, radicis liliij cœlestis, añ. aur. unum, cubebæ, galbani, ammoniaci, castorij, trium piperum, spicæ Romanæ, ana aur. xx. spicæ nardi, turbith, ana aure. triginta, aloes iucotring, aure. xvij. carpobalsami, xylobalsami, scillæ affatæ, ana aure. xvi. mastiches, croci, ana aur. x. scammoniæ, aur. viij. puluerizentur, & conficiantur cum melle, & submittantur in hordeo per sex menses. & dentur ex eo drach. iij. Et hoc medicamen est de maximis medicinis quas habebat ille medicus. Medicamen tertium, quod dicitur electuarium colocynthidis, quod laxat humores aquosos, & phlegma, & melancholiam. & cum hoc prouocat urinam. Et uere dico quod non est ei simile ad acuendum uisum, quia est in hoc mirabile. Recipe colocynthidis, scillæ affatæ, asari, trium piperū, añ. aur. vi. spicæ Romanæ, anisi, apij, fœniculi, carpobalsami, gafit, croci, **H**
ana aur. duos, spicæ nardi, chamædryos, chamæpityos, aristolochiæ rotundæ, gentianæ, ana aur. vij. puluerizentur, & conficiantur cum melle. & submittantur in hordeo per sex menses. & detur à drach. ij. usq; ad iij. Medicamen quartum, quod dicitur electuarium squinanthi. ualet ad dol. fortes. & prouocat urinam, & aperit oppilationes, cōfortat hepar confortatione maxima, & frangit lapidem. & ualet ad feb. chronicas. Recipe squinanthi, aur. ccc. aristolochiæ rotundæ, aur. sex. ligni aloes, aur. xij. gafit, aur. xij. croci, spicæ nardi, carpobalsami, opij, ana aureum unum. mastiches, aure. iij. trium piperum, folij, chamæpityos, añ. aur. vij. Conficiantur cum bono uino. & detur de eo quasi auellana cum eo quod conuenit tali ægritudini. Medicamen quintū, quod dicitur electuarium capillorum Veneris, ad purgandum quod est in pectore ex humore crasso. & est nimis expertum. Recipe capillorum Veneris, aur. xxv. radicis liliij cœlestis, liquiritiæ, pæoniæ, carpobalsami, marrubij, floris chamæme. aristolochiæ rotundæ añ. aur. xv. pulueriza, & confice cum syrupo facto cum melle & capill. Vener. Et dentur drach. iij. cum decoctione chamæmeli. Medicamen sextum, quod dicitur electuarium folij. ualet ad ægritudines fortes, quæ accidunt mulieribus in matricibus earum. & prouocat menstrua. & ualet ad dolorem matricis. & calefacit renes. Recipe folij Indi, aur. xx. cinnamomi, spicæ nardi, spicæ Romanæ, rubiæ, castorij, trium piperum, **I**

A piperum, gariophyllorum, ligni aloes, ana drach. xx. rhubarbari, mastiches, thymi, ana aur. xvi. confice cum melle. & detur quasi auellana. Medicamen septimum, quod dicitur electuarium aristolochiæ. ualet contra dolorem matricis. ualde prouocat menstrua. & confortat stomachum debilem. & intercipit fluxum chronicum. & est mirabilis operationis. & non est ei simile. & sæpe probauimus ipsum. & iste † Zotion utebatur ipso. Recipe aristolochiæ longæ & rotundæ, ana aP. Zeno
aur. xx. radicis lilij cœlestis, lacca, squinanthi, marrubij, añ. 3. ix. rhubarbari. 3. xxv. spicæ nardi, ligni aloes, ana aur. xx. puluerizentur, & conficiantur cum melle. & dentur 3. iij. cum aqua calida. Et ad fluxum intercipiendū, cum decoctione xyloaloes. Et ad menstrua prouocanda, cum decoctione aristolochiæ † rotundæ. Et ad dolorem matricis, cum decoctione chamæmeli & asari. aP. longæ Medi-
camen. viij. quod dicitur electuarium olibani, quod est ualde utile contra humiditatem stomachi. & liquefacit phlegma. & conuenit senibus, quia confortat calorem naturalem in corporibus eorum. Recipe olibani, aur. x. mastiches, aur. iij. squinanthi, aristolochiæ. añ. aur. ij. ligni aloes, lacca, añ. aur. i. radicis lilij cœlestis. 3. i. rosarum, rhubarbari, añ. aur. v. anisi aur. vi. puluerizentur, & cū melle conficiantur. & detur ex eo quasi auellana. Medicamen ix. quod dicitur electuariū gafit. ualet ad hepar, quia confortat ipsum, & aperit oppilationes eius. & ualet hydropicis. & cōtra cor-
Bruptionem complexionis. Recipe gafit, aur. xx. lacca, aur. x. ligni aloes, aur. vi. gariophyllorū aur. ij. cinnamomi, aur. xxi. squinanthi, cubebæ, rhubarbari, ana aur. xvi. rosarum, aur. xvij. aloes non abluti, aur. ij. agarici, aur. iij. mastiches, aur. x. puluerizentur, & confice cum syrupo facto ex melle & agarico. Et est medicamen ualde nobile. Medicamen x. quod dicitur electuarium rhubarbari. maxime ualet fluxibilitati stomachi. & confortat hepar. & ualet hydropicis. & non est neque fuit aliquod simile in hoc. & Zenon nemini uolebat dare. Cuius compositio non lateat medicos. quoniam eius compositionem acquisiuit eius compositor cum magna sollicitudine. R. rhubarbari, aur. c. lacca, aur. xx. ligni aloes, aur. xxxvi. cinnamomi, aur. xi. aristolochiæ lon. & ro. aur. xxx. fistici, aur. l. squinanthi, aur. lxxx. maioranæ, anisi, luti sigillati, añ. aur. xx. agarici, folij, añ. aur. vi. gafit, aur. xxx. spicæ nardi, aur. xvi. trium piperum, zingiberis, añ. aur. x. stœchados, origani ana aur. ix. radicis lilij cœlestis, radicis endiuia, ana aur. vi. hysopi sicci, mastiches, croci, añ. aur. vij. car-
pobalsami, xylobalsami, añ. aur. xvij. puluerizentur, & conficiantur cum melle. & detur † a 3. iij. us- aP. drach. ij. usque ad iij.
que ad iij. Medicamen undecimum quod dicitur electuarium capparidis. ualet ad duritiem splenis. & aperit oppilationem eius. & est optimæ operationis. Recipe capparidis aur. xx. opopanax. scolopendriæ, marrubij, ana aur. v. gafit, aur. xvij. ammoniaci aur. x. sagapeni, aur. viij. puluerizentur, & conficiantur cum bono aceto. & da 3. ij. cum decoctione carui & capparidis & gafit. Medicamen xij. quod dicitur electuarium scolopen. ualet ad duritiem splenis. & est expertum. Recipe capparidis 3. xx. marrubij 3. v. scolopendriæ, aur. xvi. confice cum aceto, & fac trochi. & da 3. ij. cū decoctione tamarisci & gafit. Medicamen xij. quod dicitur electuarium turbith. ualet ad febres chronicas. & laxat humores uiscosos. & calefacit renes. & est optimum ad passionem colicam ex uentositate. & prouocat urinā. & est mirabile. Recipe turbith, aur. l. agarici, aur. xvi. croci, mastiches, ana aur. vi. squinanthi, aristolochiæ rotundæ, stœchados, ana aur. viij. Confice cum melle. & detur a 3. ij. usque ad iij. Medicamen xiiij. quod dicitur electuarium ellebori. ualet contra uertiginem. Recipe ellebori nigri, aur. xx. ligni aloes, aur. i. et f. croci, aur. i. anisi, aur. ij. mastiches, aur. iij. maioranæ, aur. i. agarici, aur. vi. radicis lilij cœlestis, stœchados, ana aur. viij. turbith albi & gummosi, aur. iij. Confice cū melle, & da 3. iij. Medicamen xv. quod dicitur electuariū agarici. ualet contra cephalēā ueterem. & stomachū cōfortat & hepar. Recipe agarici, aur. xvi. pæoniæ, cētau. minoris, ana aur. vi. lacca, ligni aloes, añ. aur. viij. gafit, anisi, chamædryos, chamæpityos, squinanthi, floris chamæmeli, mastiches, ana aur. vij. rhubarbari, spicæ nardi, ana aur. ij. turbith, aur. iij. Confice cum melle. & da 3. i. & f. usque ad 3. ij. cum aqua calida. Medicamen xvi. quod dicitur
Delectuarium scillæ. ualet ad asthma, & ad oppilationes, & uentositates. Sed non debet dari habentibus uulnus in membris interioribus. Recipe scillæ assatæ, aur. vi. † stœchados, aur. iij. agarici aP. aloes aureum unum
drach. † xvi. mastiches 3. ij. gafit, costi, trium piperum, añ. aur. x. radicis lilij cœlestis, aur. v. capill. aP. aur. vi.
Veneris, aur. iij. floris chamæmeli aur. iij. Confice cum decoctione agarici & melle. & da 3. ij. cū aqua calida. Medicamen xvij. quod dicitur electuarium gūmi. & ualet contra passiones frigidæ, & uentositates crassas, & ad dolorem iuncturarum, & ischiadem. Recipe ammoniaci, sagapeni, opopan. ana aur. x. sarcocollæ, aur. ij. mastiches, aur. iij. anisi, cymini, assæ foetidæ, ana aur. iij. euphorbij † drach. ij. aristolo. lon. & ro. radicis lilij cœlestis, ana aur. iij. pone gummi in succo fœ- aP. aur. i
niculi, uel in decoctione eius. & reliqua terantur, & conficiantur cum melle. & da a 3. ij. usque ad iij. cum aliquo quod conueniat passioni. Medicamen xvij. quod dicitur electuarium luti, & est utile contra uenenum. R. luti sigil. anisi, salis Indi, agarici, ana 3. ij. rhubarbari, auellanarum, radic. pæoniæ, ana aur. iij. pulueriza, & confice cum melle. & detur quasi auellana. Medicamen xix. quod dicitur electuarium assæ fœ. ualet contra morsum scorpionis, & contra febres chronicas. & liquefacit phlegma uiscosum. & dissoluit uentositates. Recipe assæ fœ. costi amari & dulcis, ana aur. v. aristol. rot. zingi. asari, añ. aur. ij. castorij, cinnamomi, aloes, añ. 3. iij. rad. lilij. cœle. sarcocoll. añ. 3. i. & f. aristol. gentianæ, añ. 3. vi. pulueriza, & cōfice cum bono uino & melle ru. & dent 3. iij.

Spurij.

Of iij Medicamen

Medicamen **xx.** quod dicitur electuarium rosarum. ualet in fine quotidiana. & hydropicis. & distillat. **E**
 soluit uentositates. ℞. rosarum ʒ. lx. radicis lilij cœlest. ʒ. i. & f. agarici, aur. ij. marrubij ʒ. iij. lacca,
 rhubar. ligni aloes, cinnamo. anisi, se. fœnic. cymini, absinthij, mastiches, ana ʒ. vi. spicæ nardi, aristo.
 ro. ana aur. i. confice cū melle. & da drach. iij. Istæ ergo sunt medicinæ Zenonis. & iam probaui
 mus ipsas. Nunc uolumus scribere medicinas quas multoties experti sumus. & deinde abscinde-
 tur tractatus. Medicamen subtilians humores, & præparans ad exitum, in principijs ægritudi-
 num frigidarum ante acceptionem laxatiui. ℞. absinthij, anisi, seminis fœniculi, aristolo. ro. squi-
 nanthi, carpobalsami, folij, cyperi, agarici, radicis lilij cœlestis, añ. pulueriza. & confice cum mel-
 le. & detur quantum auellana.

q. xij.

Electuarium quod dicitur euadens. ualet ad dol. chronicos, &
 confestim. ℞. spicæ nardi, aur. xvi. myrrhæ, opij, lacce, opopana, castorij, olibani, añ. aur. † septem,
 galbani, aur. vi. mastiches, aur. v. folij, aur. vi. piperis longi ij. croci, aur. x. squinanthi, aur. ix. amme-
 os, cinnamomi, añ. aur. iij. scorodi, aur. ij. bdellij, aur. i. radicis lilij cœle. agarici, añ. aur. xvi. pulueri-
 za, & confice cum melle. Istud electuarium expertum est multoties, & confestim aufert dolorem.
 Sed non debes dare plusquam ʒ. ij.

Medicamen Amoronis regis. ualet contra podagram, et do-
 lores iuncturarum ex phlegmate uiscofo, quo destruitur motus. & ualet ad repletionem, & ad debi-
 litatem neruorum. Et est optimum mulieribus in quibus abundant superfluitates phlegmaticæ. **F**
 Et etiam ualet contra lapidem. Et generaliter dico, quod compositio huius electuarij est per adiu-
 uamen diuinum, quod infinitis uicibus probaui, & à me non separaui nec in ciuitatibus, nec in
 uillis.

Recipe radicis lilij cœlestis, aur. xx. galbani aur. vi. & danich. iij. ammoniaci, aur. x. & ʒ.
 ij. ellebori nigri, aur. vi. aristolo. lon. aur. v. rosarum, aur. xx. turbith, aur. vi. liquiritiæ, aur. x. stœcha-
 dos, aur. viij. satureiæ, centaureæ minoris, ana aur. viij. & f. squinanthi, aur. viij. croci, aur. i. meu,
 aur. vi. phu, aur. iij. gafit, aur. i. eupatorij, aur. xvi. zirungem, aur. xx. & ʒ. viij. xylobalsami, carpo-
 balsami, ana aur. viij. olibani, aur. ij. chamæpityos, aur. xvi. chamædryos, aur. ij. mastiches, aur. vi. a-
 nisi, asari, granorum iuniperi, ana aur. v. spatana, hyssopi, ana aur. v. harmel, cymini agrestis, maio-
 rana, scillæ affata, ana aur. viij. sagapeni, ammoniaci, aloes succotrina, ana aur. v. costi, gentianæ,
 ana aur. ij. origani, aur. viij. nasturtij, calami aromatici, ana aur. iij. Confice cum melle. & submitta-
 tur in hordeo per sex menses. Et detur quasi auellana cū aqua calida decoctionis satureiæ & dua-
 rum aristoloch. Medicamen Asiritæ Romani ualet ad lapidem uesicæ, & prouocat urinam.

Recipe amygd. dulcium, se. cucurbitæ & cucumeris, lapidis Iudaici, agarici, floris chamameli,
 gentianæ, añ. drach. iij. aristolo. capil. uene. saluincæ, sanguinis hirci sicci, uitri combusti, lapidis
 qui inuenitur in felle uaccæ, anisi, radicis apij, bdellij, myrrhæ, ana aur. v. pulueriza, & confice cum **G**
 melle. Et dentur drach. iij. cum aqua decoctionis radicum apij & fœniculi.

Dixit Galenus, iam diximus in hoc libro nostro, quem uocamus librum experimentationis
 medicinarum, quas probauimus, & accepimus à sapientioribus hominibus, & habentibus solici-
 tudinem erga artes. & nos iccirco composuimus hunc sermonem, ut semper medicus habeat con-
 siderationem ad ipsum. Scias autem quod medici altarium curabant per cibos sacrificiorum. unde
 nobiliores probantur alijs medicis. Optime enim debemus laudare uirum, qui illa facit per ci-
 bum, & plus q̄ illum qui curat per medicinam. quia corpora quæ curantur per exhibitionem diæ-
 tæ, reducuntur melius ad temperantiam, quàm quæ curantur per medicinam. Et medicus pro ui-
 rili sua debet considerare, ut cibus & materiæ quæ debent propinari, sint propriæ naturæ patien-
 tis uel accipientis. Et sint boni saporis, ut ager delectetur in ipsis & diligat. Et non debet uti ea-
 dem medicina diu, ne fiat ei quasi naturalis. Et caue ne præbeas medicinas mali saporis. quoniam
 medicina, quam infirmus habet in odio, plus nocet quàm proffit. Vnde & medici dignum duxe-
 runt cum medicinis miscere res dulces, & res saporitas, sicut nos fecimus in rob nucum, quod ac-
 cepimus ad anginam. Et similiter ingeniati fuerunt in medicinis laxatiuis ponere aliqua quæ sto-
 machum confortant. Et debes cauere in curatione malitiæ complexionis sine materia, ab euacua-
 tione, & è conuerso. Et debes laxare naturam à leuioribus consuetis generaliter, sicut diximus in
 libro interiorum. Sed semper quando uolueris euacuare, primo subtilia, post euacua parum, dein-
 de mediocriter, deinde fortius. Et caueas à medicinis non expertis. Sed uraris expertis & usitatis

à bonis physicis & expertis. Et scias quod omnes istæ medicinæ sunt bonæ in locis
 suis, scilicet ubi conueniunt. Et sunt uenena in suis contrarijs. Nos autem

iam diximus in hoc tractatu de istis medicinis plures exper-

tas. Et si postea acquisuerimus alias, scribemus

eas in fine huius tractatus.

DE MELANCHOLIA EX GALENO,
RVFO, ET POSSIDONIO.

Caput nonum libri sexti Aetij.

Iul. Martiano Rota interprete.



SICUT in apparētibus corporis mēbris interdū eadē omnib. tēpera-
tura conspicit̄, uelut in deprauato corporis habitu, uocataq; elephā-
tiali, & aqua inter cutē, interdum unū aliquod membrū uel biliosum
uel melancholicū uel pituitosum humorē suscipiens, ipsum suam tm̄
temperaturā immutat: ita cōtingit & cerebrū lædi, qñq; totius ratio-
ne, q̄a sanguis q̄ in omnib. uenis continet̄, melācholicus effectus est:
qñq; partis, quia reliquo sanguine illaeso permanēte, is q̄ in cerebro
continet̄, solus immutat̄. hocq; duob. modis, aut q̄a talis in cerebrū
aliunde fluat, aut quia melācholicus in cerebro reddat̄. reddit̄ aut̄ ab
eius caliditate uel flauā bilē uel crassum & nigrū sanguinē adurentē.
Ferē semper aut̄ partes quæ in præcordijs sunt, ita prius affectæ cere-

brū tacito quodā consensu in eundē affectū trahunt, atq; ita desipere hominē faciunt, uel atra bile
cerebrū occupante, uel melancholico uapore in idē ascendēte: quemadmodū fieri cōsueuit in eo
morbo quē flatuosum & hypochondriacū nominamus. neq; n. propositæ tractationi quicq; ob-
stat, aliunde, atq; ex alio mēbro, huiusce affectus initiū originemq; esse, cū facile ostiolū uentricu-
li quiduis patiēs in similit̄ affectum cerebrū ducat, nimirū ob conuenientiā quam cū eo habet, pro-
pter duos nervos qui desuper à cerebro ad ipsum maximi descendūt. in eosdē affectus cor quoq;
idē trahit, pp̄inquitatis ratione, item & septū transuersum, cui adnatū est. cōuenit quoq; uentricu-
li ostiū cū spinali medulla, qua parte ipsi adhæret & colli uertebri adnexū est. Principium autē hu-
iusmodi melācholiæ ut plurimum ex cruditate consurgit. nam flatus plurimi consequunt̄, & quo-

Cuncq; cibo assumpto, sublimes & ferē semper in præcordijs obuersantes. ructus insuper acidī, fœ-
tidi, ac ueluti piscē olentes subsequunt̄, quāuis eiusmodi nihil comederit, aluus ut plurimū ipsis est
sicca, somnus exiguus atq; diuulsus, & per somnū uisa perturbātia enormiaq;, saltus toto corpore
aliq; atq; aliq;, capitis uertigines, & in auribus uentorū sonitus: putantq; se aliq; caput repletū aggra-
uatumq; habere: cōtra aliq; uacuū & leue: quidā ne caput quidē prorsus sibi esse: cui Philotimus ad
alia remedia, plumbeā galeam imposuit, qua oppressus caput sibi adesse intelligeret. Euadūt ple-
riq; melācholici in Venerē proniores, obliuiosi, timidi, misericordes, ad fletū prompti, solitudinū
amantes. dæmones ab inimicis ueneficis immisos sibi quidā suspicantur: aliq; noxiū quippiā se
deuorasse credunt. quam opinionē id ipsis confirmat, quod mox abominabilia & monstrosa uo-
mūt. uident̄ aut̄ alijs alia. prorsusq; morbus hic uariū est & inexplicabilis. uelut ecce, ut de timo-
re loquar, quidā amicissimos formidat. alius oēs etiā alios homines metuit. hic in lucē prodire ti-
met, ille tenebrosū aerē sectatur. alius eundē refugit, ferē oēs tamen in obscuris locis uersari gau-
dēt sepulchrisq; & solitudinibus. nōnulli etiā uinum, oleū, aquā quoq;, & omnia liquida metuūt,
ut qui à carne rabido demorsi sunt. Atq;, ut paucis me expediā, melācholiæ & insanię multas spe-
cies habent, si quis uniuersas eorū imaginationes consecrari uelit. uerū ex eis omnibus duæ com-

Dmunes sunt, timor & mœstitia. mœsti nanq; sunt oēs præter rationē, nec si perconteris causam ob
quā tristes sint, reddere ualēt. metuunt. n. non pauci mortē, & quēdā alia, quę metu digna nō sunt,
quibus nōnulli mortē etiam uehementer appetāt. Cæterum cū rationalis animi sedē atra bilis occu-
pauerit, mirandum non est si metus, si tristities, si mortis expectatio obnascat̄: cum ex his quæ ex-
tra corpus nostrū posita sunt, nihil adeo nobis formidolosum sit ut tenebrę. quamobrē, cum uelu-
ti obscuritas quædā rationalis animæ sedē occupauerit, necesse est semper hominem terreri, eo q̄
terroris causam secū quo cūq; deferat. nā ut in tenebris pueri timēt, & ex adultis nō consueti, sic &
atra bilis color, tanq; nox quædā rationalis animæ sedē obumbrās metus procreat. Omnes itaq;
causas accidentium quæ cuiq; contingūt, explicare nemo potest, cum pleraq; dubitationes haud
paruas contineant, ut cur aliqui quædā fugiunt tamq; molesta, cum tm̄ molesta non sint, & quædā
quæ bona non sunt tanq; bona sectant̄. itē, cur alius domesticos timet, alius omnes homines, atq;
id genus alia. medico tamē plurimū accidentium causas exponere difficile non est, uelut is qui se
sigulinum uas arbitrabat̄, ob siccitatem arbitratur. frigidus. n. & siccus est melācholicus humor,
qua de causa & alius cutem suam pellē siccam opinabat̄. nam qui caput se nō habere putabat, for-
tassis ob leuitatem capitis id arbitrabatur. leuitatem aut̄ capitis, flatus qui attollebatur, efficiebat.
Sed cur melācholici plurimos cibos appetunt, an quia frigidum os uentriculi habent? Cur uinū

Spuriū.

Oſ v eorum

DE MELANCHOLIA

eorum aliqui plurimū hauriunt: an quia calefieri frigidus humor desiderat? Cur seipfos perimūt? E
 an quia putant se à maioribus malis explicare? nisi talis opinio pridem ipsis indita sit, ut mortem
 sibi inferre pulchrum existiment, qua in opinione pleriq; barbari perstant. Cur autem assidue cru-
 ditate laborant? an quia turbulentum plenumq; excrementis corpus habent? atq; ideo eorū uen-
 triculus male temperatus semper ob humorē melancholicum friget. Cur ipsis ferè semper aluus
 stricta est? an quia flatus ipsis circa præcordia uagatur, nec deorsum admodū inclināt, atq; idcirco
 eorum aluos astrictas esse oportet? interdum tñ ex longa detentione multa repente & colliquata
 remittunt. Conniuent autē, oculisq; prominentibus & labris crassis sunt ut plurimū, ob spirituum
 crassitiem. Fusci sunt, qm̄ humor ad cutim effundit. Pilosi euadunt istorū plurimi, quia multis &
 crassis excrementis abundant. Linguam uelocem ferè semper habent, sed & balbe & exili uoce
 loquuntur ob linguæ incontinentiam. nā uehemētes linguæ motiones à spiritu crasso fiūt. omne
 aut quod uehementer mouetur, celeriter quoq; motū suum absoluit. sed finem faciamus. nā hisce
 excitatus poterit quisquis uoluerit aliorū quoq; accidentium causas indagare. Nigret autē humor
 iste qñq; calefactus plusq; deceat, qñq; frige factus magis q̄ conueniat. quod. n. carbones accensi
 patiuntur (nam lucidissimi cū sint, extincta flāma nigri fiunt) id hilaris sanguinis color patitur, fri- F
 giditate sublatus. cuius rei exemplū habere possumus in quibusdā mēbris quæ frigore liuida pri-
 mum, tum nigra fiunt. nimia quoq; caliditas cum exsiccet & consumat humorem quo naturalis
 calor nutritur, humores nigrefacit, non aliter atq; sol fructus & hominū corpora. Hactenus quæ
 medicū scire oportet prius, quàm curationem aggrediatur, diximus. Nunc quæ noscere debeat is
 qui hoc morbo laborantibus succurrere uelit, subiungemus. Non minimū aut interest scire unde
 morbus originem ducat. nam cum uniuersum corpus totum sanguinem melancholicum habet,
 principium curationis à missione sanguinis auspicandum est. cum autem solum cerebrum, san-
 guinis missione æger non eget, modo plurimo sanguine non abundet, & præseruandi causa san-
 guinem detrahare nolimus. Ex his autem cognosces utrum totum corpus melancholicū sangui-
 nem contineat, an in cerebro tantū is sanguis aceruatus sit. Nam qui nigri & hirsuti sunt, uenasq;
 latiores habent, facile melancholicum humorem gignunt: Interdum tñ & homines rubicundi re-
 pente in melancholicam temperaturam deueniunt: & ab ijs, qui fuluo colore sunt, præsertim si ui-
 gilij, laboribus plurimis, solitudinibus, uictui tenui, melancholicis cibarijs, se diu exposuerint.
 Insuper si se uena aliqua in sede suppresserit, aut aliqua alia consueta sanguinis euacuatio, uelut in
 mulieribus menstrua. Non parum quoq; ad hoc facit anni tempus, aeris cōstitutio, regionis situs, G
 ægrotantis ætas, & eiusdem ars. Hæc omnia ubi perspexeris, quoties in omnibus uenis corporis
 sanguinem melancholicum contineri dubitabis, firmissimam dignotionem conficies, si cubiti ue-
 nam secueris, mediam uero secare melius est: quam statim supprimes, si sanguis qui effluit melan-
 cholicus esse non uideatur: sin erit, tantum detrahes quantū laborantis habitum exposulare cen-
 fueris. Tertia melancholiæ species, quam principium à uentriculo habere dicebamus, quamq;
 hypochondriacam, hoc est præcordia infestantem, appellabamus, ex antedictis plerunq; digno-
 scitur. primo nanq; superius dicta accidentia circa uentriculum incipiunt, inflationes dico, gurgu-
 lationes, ructus acidos, & uirulentos, astrictam aluum, atq; id quod egerendo uel euomendo ex-
 cernitur supernatās. tum ipsi ægrotantes in præcordijs turbari omnia & cōmisceri sentiunt. quem
 admodum igitur plerunque uapore quodam fuliginoso fumoso uel crasso fursum ad oculos e-
 leuato cęcutire sibi nonnulli uidentur, ut qui subfusionem patiuntur: ita et nunc in cerebrum ascen-
 dente melancholico uapore, tanquā fuligine quadam aut fumo melancholici casus mēti obuer-
 santur. Quoties igitur melancholicæ dementiæ propria signa magna nō apparebunt, & circa uē-
 triculum aut nihil turbulentum affuerit, aut parum admodum, existimandum erit cerebrum pri-
 mo affectū esse, quemadmodū dictum est. Quæ igitur cerebro primū affecto melancholia con- H
 sistit, assiduis balneis, uictu boni succi & humido, nec flatuoso procurāda est, omissio quouis alio
 potenti remedio. quando noxius humor diuturnitate temporis nondum euacuationi rebellis e-
 rit: tunc enim uarias & ualentes magis conuenit adhibere medicinas. Oportet autem incipiente
 morbo mederi. nam inueteratum & auctum medentis manus respuit. RVFI. Communia autem
 remedia siue cerebrum, siue præcordia primum patiantur, sunt quæ aluum subducūt. sed in primis
 studium adhibere oportet, ut concoctio probe fiat, postmodū purgare epithymo & aloë. siquidē
 ex his uel exiguum quiddam singulis diebus sumptum plurimum iuuat, & leniter aluū subducit.
 POSSIDONII. In quibus sanguis abundare uidebitur, à principio statim uenam cubiti incidere
 conuenit. præsertim in quibus consueta aliqua sanguinis euacuatio retenta est. in mulieribus autē
 quibus menstrua defecerunt, tali uenam aperire confert. Quisq; uero pro habitus sui ratione ina-
 niendus est. in quibus aut mali succi potius abundant, ubi prius ægrotantem recte cibaueris, ute-
 re Ruffi hiera uel Archigenis aut Iusti. Quod si & sanguis & prauis succi abundauerint, primū ue-
 nam incide, tum purgationem exhibe, postea diebus aliquot interiectis, clysteribus aluum subdu-
 cas, primo cremore furfurum, spuma nitri, & melle, deinde filiculæ radicem contusam uel epithy-
 mū furfuribus incoques. ab hoc clysteri diebus tribus interpositis hieram dabis amarā, quæ aloë
 recipit, & præ cæteris omnibus epithymum habet: conficies aut ipsam sicut Themison docet, im-
 ponesq;

Aponesq; aloes. 3. centū, mastiches, croci, spicæ nardi, cinnamomiq; & casia duplum, assari uero et carpobalsami singulorū. 3. i. addesq; epithymi duas uncias. ex aqua mulsa hanc dabis quantum magnum cochlear capit bis aut ter, ex modicis interuallis. hinc ubi laborantem rursus uictu conuenienti recreaueris, hieram Rufi denuo exhibebis, aut Archigenis, aut Iusti. Quantitas autem quæ exhiberi debet, sunt drach. ij. ex aqua mulsa, & salis cochlearium paruum. Melius est autem aluum inanire ijs quæ leniter unius diei spatio subducunt. Nigram autē bilem ducunt amaracus & quam cunilam uocant inspersæ mulsa, & ebibitæ duum drachmarū pondere. Confert etiam ferro lactis aluum inanire: sed non id quod è caseo fluit dandū est. melius est enim quod feruesfacto lacte seiungitur ab alio. sit autem potus lac equinum, sin minus, bubulum. imponaturq; nouæ ole, agiteturq; ramo ficus: ac dū efferuescit, ter aut quater aqua mulsa irroretur. postea colatum exhibeatur, melle primum admisto: tum ubi uenter fluere cœperit, nō amplius addito melle. sumatur autē ad cotylæ mensurā, nec minus quinque cotylis. post omnes autem alui subductiones maluæ semen ualde læuigatum ex aquæ cyathis tribus dandum est, duarum drachmarum pondere. summopere nāq; ad rem facit. quambrem eo frequēter utendum est. Optimum est etiam pulegij decoctum crebro bibere, tam ante, quā post purgantia medicamenta. idem & centaury minoris decoctum potest. nam absinthij decoctum & frequenter & subinde præbebis, cum & aluo, & uētriculo æque prosit, ac præter hoc multam in uentre uentositatem gigni prohibeat, nec in totum sicari aluum permittat. lotium insuper prouocat, & concoctionē impēsius adiuuat, adeo ut hoc solo quosdam uiderim ipse liberatos. Exhibenda sunt etiam quæ urinam mouent, anisum, daucus, petroselinum, nardus, & asarum: atq; præ omnibus his hippomarathri semē & radix, quanq; chamæpityn et trixaginem sumere promptius sit. quodcunq; uero existis, aut ex aqua elixum dabis, aut comminutum poculis aridum insperges. Bonæ sunt etiam inanitiones quæ per sudorem fiunt, siue laboribus, siue balneis procurentur, siue inunctionibus in sole factis, ueluti ex oleo chamæmelino, nitro oleo admisto. quibus peractis, ubi ægrotantis habitus melior esse uidebitur, ad hieram denuo redi. Curam quoq; præcordiorum habere cōuenit, cum eum qui curare quempiam incipiat, tum eum qui in curatione multum processerit. Fomenta itaque conueniunt quæ ex oleo fiunt, in quo rutæ, anethi, serpilli, absinthij, artemisiæ, pulegij, uiticisq; semen & lauri bacca aut folia tenera bullierint. hoc enim & dolores mitigat, & inflationes minuit. In uentositatibus autem quæ uentriculum mordent, cuminum & pulegium aceto incoquenda sunt & spōgij admouenda: aceto quandoq; alumen inspergimus. Cataplasmata oleo consent, in quo decoctū sit uel anisum, uel apium, uel cuminum, uel cyperum comminutum, irimq; & libanotidem adijcies. conferunt autem ut plurimum tam ante, quā post cibum facta. cataplasmate autem ablato præcordia contegenda sunt, uel lana quā latissima, uel agnina pelle leuissima & pura. ubi prius nardino pigmēto locum inunxeris, inunctionibus cucurbitulas adijcies, aduersus inflationes quidem, leues: aduersus inflammationes autem & tumores duos, scarificatas. Quibus ablatis cypri no ceroto uteris, & polyarchio, & eo qui ex styrace constat, & alio præcipue qui è seminibus cōficitur, atque alijs id genus. Procedente uero curatione proderit admodum uti rubificante quod è ficibus & sinapi componitur. concoctionem enim reuocat uentriculoq; robur addit, & si quis dolor in præcordijs remanserit, ipsum aufert. Vtemur & acriter abstergentibus præcordia, medicamentisq; picem recipientibus, hoc est pice sicca per seipsam liquefacta, uel cum modico oleo. calida uero cuti imponitur tam ante, quā in dorso, quoad sponte decidat. quare & cum ea lauetur, & si quid parum à cute recedat, auferendum est forfice. Summe autem iuuantur qui siccum bouis stercus aceto mulso commistum sibi indiderint, bulbiq; cum nitro uel alumine læuigati magnopere prosunt: hæc q; bubulo stercore commista utilia sunt, maxime cum mordicationis sensus in ore uentriculi ipsis aderit. Nam quibus corpus frequenter cōuellitur, expedit bibere castorium, & eodē in oleo sicyoneo dissoluto corpus inungere. Cōuenit etiam ipsos ante cibū ambulare, & exerceri quantum uires tolerant. nam balnea bene concoquenti non admodum sunt necessaria, nisi lassitudinem quampiam sedare uelis. Quicunq; uero uentriculum habet ad cōcoquendum non idoneum, huic frequenter balneis uti prodest, uel ieiuno, uel peracta iam concoctione. Post balnea dabimus cibaria concoctu facilia, non infantia, bonam aluū facientia. diligēterq; obseruabimus quomodo à singulis ægrotus afficiatur: neq; enim omnes eodē modo, iisdē cibis afficiuntur. uerum qui ferè omnibus cibi cōueniunt, sunt panis recte confectus in furno coctus, aues quæ nec pingues sint, nec edaces, & in montibus degant, oua gallinacea leuiter cocta, pisces saxatiles, quiq; carnes teneras habeant: echini uero marini plurimum excellūt cum gratia, tum utilitate. reijcienda sunt quæcunq; in cœno & paludibus uiuunt. carnes hœdina cōueniunt & lactentium animalium. horū præcipuæ partes sunt quæ multam carnem non habent, elixæ. inutiles quoq; nō sunt uulua, fumen & pedes porcini. ex oleribus quo ad cōem uictū prosunt dulcia. nam quæ acria sunt, ut medicinæ exhibeātur: uelut palustris asparagus, petroselinū, & similia. Quantitas omnium quæ assumuntur, moderata sit. Vinū autē album, tenue, nec ualde antiquum. Non oportet autem inter cibum repente multū bibere, neq; plurimum sit id quod bibit, ne cibus in uentriculo fluitet. Placet etiam, ut præter hæc omnia aceti acidissimi cochlear unum post cœ-

nā forbeat, cū dormitū vadit, & eo inter comedēdū obsonia intingat. pręstat aut aceto scillę parū
 & rutę & aristolochię tenuis admiscere. POSSIDONII. Ad inflationes oxyporiū tale cōuenit,
 Ligustici, seminū apij, zingiberis, thymi, singulorū uncia: mellis despumati quantū sufficit: dato
 cochlearis dimidiū, tā mane q̄ uesperī. Quōd si mellis dulcedinē auersent, aliud qđ concoctionē
 iuuat, ita cōficiēs. Scillę tostę. 3. i. salis ammoniaci. 3. v. seminū apij, fœniculi, thymi, petroselini, a-
 nisi, sisonis, zingiberis, singulorū. 3. iij. panis sicci & puri. 3. v. piperis. 3. i. & f. ex hoc dato ad come-
 dēdū quātū cochlear capit, cū cibo, quo pacto uult agrotus. dādū est insup per quędā interualla
 quantū cochlear cōtinet theriacę, pręsertim hyme & ueris initio. R V F I. Vomant ex lōgiorib.
 interuallis à cibo, & ieiuni pręsumpto raphani origaniue aut thymi decocto. nequaquē uero sumāt
 q̄ uehemētius uomitum cōcitāt. noxia sunt. n. eiusmodi, uētriculoq; et eiusori debilitatē addūt, in
 ijs q̄ iādiu morbo laborarint. Nā qđā ob uomitū acrius cōcitātia, uisi sunt melancholia capi. Illud
 quoq; nouisse cōuenit: plerosq; hoc morbo infestatos quo tpe curabant, nihil profecisse, sibi di-
 missos cōualuisse, propterea qđ recte prius à medicis tractati, postea uires aduersus morbū maio-
 res acceperint: cū antea remedijs attriti forent. Quāobrē naturę quies cōdonāda est, quā plurib.
 auxilijs affligi, quiete refici uidemus, atq; iā extenuatos morbos superare. Qui canina lupināue
 melācholia tenētur, februario mense noctu domos exeunt, in cunctisq; lupos & canes imitātur, **F**
 usq; ad diluculū uagantur, sepulchraq; pręcipue recludunt. Ita affectos his notis dignosces. Palli-
 di sunt, segniter aspiciunt, oculos aridos habent, cōcauos, nō lachrymātes, linguā siccā proferūt,
 saliuā nunquā reijciunt, siticulosi sunt, in tibijs ulcera gestāt, quę sanari nō possunt, & qđ crebro
 offendūt, & quia à canibus mordētur. Hęc eorū indicia sunt, estq; hoc morbi genus melācholię
 spēs: Quā curabis cū se cōstitutio aeris immutabit, si uenā incides, et usq; ad animi deliquium san-
 guinē effluere sines, agrotātemq; boni succi cibus ales, in balneas dulces adduces, & ubi trib. die-
 bus sero lactis usus fueris, agrotantē hiera quę colocynthim habet purgabis, Rufi, Archigenis
 aut Iusti: bis aut ter ipsam p̄ interualla prębēs. A purgationib. theriacā propinabis, q̄ uiperas ha-
 bet: alia quoq; remedia quorūcūq; supra meminimus, admouebis. uespere demū aduentāte mor-
 bi uiolentia, soporiferis medicamētis caput irrigabis. odoramēta somnū procurātia porriges, na-
 resq; papaueris succo inunges, & interdū aliqd quod somnū conciliet, bibendum exhibebis.



GAL. ASCITVS LIBER DE CVRA ICTERI.

C E N S V R A.

Multa hic uera & ex authoribus doctis exscripta.



D ieteri curā prima qđ duo sunt maxime necessaria auxilia. s. phle-
 botomia & purgatio. Sed purgatio quidem est propinqua, eo qđ cho-
 lera & nō sanguis abūdat in ictericis. fiet autem & aliqn̄ phleboto-
 mia propinqua, qñ simul cū cholera abūdat sanguis, & qñ hepar uel
 splen ab inflāmatione tenditur & dolet, sicut multoties accidit. Ni-
 hil. n. est aptius phlebotomia in dolore uiscerū. Alius autē & phlebo-
 tomans curabat, sicut & Praxagoras. sed nō distinguebat qđ erat phle-
 botomandū, & qui non. Purgationes uero magis appropriatę sunt
 huic ægritudini. & plus iuuantur patientes, quando purgātur iuxta **H**
 principia. Ego autē euphorbio miscens epithimum, et aloen, & pe-
 troselini, & dauci semen, & piper album, purgo ictericos. & ut pluri-
 mum quidem solum hoc sufficit. Bene uero purgat & scāmonia cum aloē, & sicyoma, & quicqđ
 aliud acutius euacuat, maxime autē quęcūq; choleram ducunt. Debiliora uera subductoria for-
 tass non conferunt, eo qđ non curantur faciliter icterici propter uentris siccitatem, nec omnino
 descendit cholera ad intestinum. Quibus autem in impedimento est aliquid ut purgentur, his cō-
 fert uomere per raphanidas frequenter, aliqn̄ autē & post cōnā. & n. hepar ad ambas euacuatio-
 nes, eam. s. quę per subductoria, & eam quę per uomitus, non improprie ducendū est. Et hypo-
 chondrium, ut utiq; mollius existens, cataplasmandū, miscendo farinę hordei de rore marino, &
 scinco, & artemisia, & abūnthio, & abrotano, & gramine, & ruta, & cardamo, & chamępitye, &
 allio, & centaurea. Hęc. n. alterutra urinas mouent, qđ ægritudini est maximū bonū, & contrahi-
 tur uiscus. Ventosarum autem appositionem uidi prę manibus existere in medicis, qñ carent eis
 quę propria sunt ægritudini. Non tñ ualde laudo neq; uitupero eā, sed fm̄ tempus. In eis enim. s.
 icteris qui à uentre, post eos qui ab hepate, puto conferre. secundario uero eis qui ab hepate, qñ
 tumorem aut dolorem habet. In eis autem qui à splene, nihil prodest uentosa. Hepar. n. & uenter
 applicata

- A** applicata phrenibus, possunt euacuari per uentosam uersus hypochondrium, propter continuitatem. Splen autē nullū cōmune habet cū phrenibus, sed multū ab eis distat. Nequaquā igit̄ oportet eos qui à splene icteros curare uentosos. Mitigatis uero febris, cerotum apponere, primum quidem cerā & resinam coquendo cum cyprino. i. alcāna, & meliloto, & bdellium, & ammoniacum miscendo. Ignita uero hypochondria nequaquā ledes, et farinā hordei cū floribus uitis albę, & meliloto cataplasmas. Coquere autem oportet melilotū in dulci. & terere cum farina, effundēdo de ipso dulci. Fīt autē id & absq; farina per panem mollem. Bibere autem oportet pharmaca in hac ægritudine, succum absinthij infundens in aqua cum nardo. Fortius autē oportet coquere absinthium in aqua. & colatum dare ictericis. Optimum enim est pharmacū, si quis animose offerat, non attendens ad amaritudinem. Et nimirū apparebit tibi magis dulce, quā amarū esse absinthium. Amariora. n. noui hoc aristolochiam, gentianā, centauream, & alia multa. Nempe & prætermittere quid iuuatiuum propter gustū, in generosum est. sicut & assumere quid nocuum propter delectationem, nefandum. Et nimirum patiuntur icterici quid inconueniens. Amara. n. eis apparent quæ sunt dulcia. Vnde amaritudo quæ inest absinthio, à passione obtusa erit. Bonū autem est bibere ad icterum & hoc, calaminthen, peristereonē, uocant autē sacrā herbam, acetosulam, lapathium acutum, quod est rubrum in stipite & frondibus. & stipes est quadrangularis, plenus semine, radix uero eius est lutea. Hoc autem per se comestum, & decoctio radicis bibita, cito iuuat. Iuuat autem & domesticum lapathium similiter. Comedere autem oportet & de ea in prandio. & de decoctione radicum bibere. Nullo autem minus est anchusa, & silphium, & chamæpitys, & erythrodani radix, & rosamarinus, & uocatum hemionium, & subtilis aristolochia, & adiantum, & serpyllum, & hypericon, & struthion. horū enim singulum bibere licet coquēdo in aqua uel cum uino. uel incisum permiscere cum melicrato, uel uino antiquo. ut plurimum uero pōdus uniuscuiusq; est. 3. i. Bonum autem est & terere ipsa in aqua, ut in magnitudine fabæ. Expurgant autem bene in icteris & sulfur cum ouo sorptum, & allia, assa & cruda comesta, & cepæ, & raphanides. Et melicratum per se est optimum, & cicerum decoctio, & cichorium cum uino, & caulis succus, & staphylini radices, & cornu cerui abrasum, & in uino bibitum. & amygdalæ amaræ coctæ in ptisana, & petroselinī, & smyrnij molles radices, & anisum, & meu, & acorus, & radices de ponto odoriferae. maxime autem asarum, & nardus, & solatri succus, & chamæmelus, & mercurialis, & † tamariscus. Hæc enim omnia sunt pharmaca ictericis purgatiua. Et offerre ipsa oportet sicut ego cum multa experientia scripsi. Non autem in solis pharmacis faciebam curam, sed diæ-
- C**rans quā maxime. aliquibus enim sola diæta præbuit quod quærebatur. Optimū autem est post exurrectionem mane à somnis, tentare fricari moderate cum oleo puro. Coquatur autem in oleo saluia, uel amaricinum, uel artemisia, uel bacca lauri, uel chamæmelus, uel iris, uel nardus, uel cassia lignea, uel costus. Expurgant enim prædicta colorationes, & sudores mouent. Deinde abstergo suauiter, ut remaneat pinguis, apponere hypochondrio cerotum uel malagma Amathonis, uel Polyarchi, uel alicuius talium. quæ primo quidem remittere habent: deinde cyprinum cerotum, et tecto hypochondrio, & superaccincto patiente, ad deambulationem oportet exire. modicum uero moto bibere de prædictis pharmacis. Supra potum autem, modico motu quiescere. deinde ire ad balneum. & ibi prius moto & uocitante, balneari cum aqua multa & calida. simul enim sudores sic conferunt. simul autem & pruritus cessant. & maxime si nitro & face uini usta abstergatur cutis. In balneo autem & melicratum bibitum confert. Cibaria uero ictericis & pulmenta, sunt panes bene fermentati, & non multum puri. Ad secessiones enim. ij. conferunt. Pulmenta uero, præsuccum gaziricum, uel byzanticum antiquum. & raphanides, & capparitis cum oxymelite, & pisces mollium carniū, & petrini assi, & cum cocco cnidio, & coriandro, & aniso cocti, & eritio, & cum melicrato. Hæc autem & ut pharmacum prosunt, ducentia ad urinas.
- D** Quando autem & terrestris fuerit eritius, non oportet abstinere. Quando autem pisces non adsunt, cicera coquendo, bibere oportet aquam. Comedere autem falsuginosa. & bibere uinum album odoriferum. neque ab oleribus oportet abstinere. sed & horum proprie quā maxime oportet sumere, quæ suauissime mouent mictionem. Sunt autem talia, pastinaca, & cartamū, & struthij germina, & scandix. i. endiuia, & cymīnū, & † sesamum, & molles cardui, & fœniculus, et eryngij radix. i. uitiale porrum, & asparagus, & smyrnij stipites, & mercurialis, & omnia talia. Bonum est autem & origanum uiride. Domesticorum uero olerum, aptissimum est caul. & orinibum eius, & siclum, & raphanis, & rapa, & cepa hortensis, & germen sinapis, & tritio quæ est de semine eius, & de allio. Carniū autē, syluestres sunt meliores domesticis. & elixæ magis quā assæ. Appendant autem felini semen, & † anethi, & cymini. Domesticas uero assas oportet comedere, quæ sint iuuenescentium. Excipere autē oportet omnia paludosa, & aquatilia, & gallos, nisi moderate carnosī fuerint. Fructuum uero, uentosī quidem omnes non sunt apti. sed qui sunt uisceribus familiares, & urinas prouocant, absq; q̄ sint bene cibabiles. Dactylorum uero balani, id est fructus ita sunt diuretici, ut si quis uirides comederit, sanguinosas urinas copiose faciat. De tragematibus autem, frixa cicera sunt optima. Vinorum autem, alba, & substyptica, & subtilia, & nō ualde antiqua. Et iuuenum melius est oblationem facere post labores & balnea, cauēdo à repletionem,

ap. amaracus.

ap. sifarum.

ap. anist.

GALENO ASCRIPTVS LIBER

tione, sicut & ab indigentia. ambæ. n. ictericis sunt pessimæ, repletio quidē, propter indigestiōes, E
 & eo q̄ obstruit hepar: indigētia uero, p̄pterea q̄ cholericiores ostēdit humores. & p̄pter inani-
 mositates quæ sequunt̄ ægritudinē secundū multam necessitatē. Vbiq̄ igitur quod est moderatū
 est optimū. hoc aut̄ magis ubi & excessus & defectus nocumētū nō paucū infert, semel aut bis as-
 sumpti. Oportet aut̄ & tardate ægritudine, peregrinationes tentare, & appensiones, & equitatio-
 nes, & in sole nudari, & p̄ se natis balneis uti. maximū. n. est ab uno quoq̄ eorū iuuamentū. Vene-
 rea uidi quosdā quidem medicorū laudantes in hac ægritudine. manifestum aut̄ est, q̄ si quidem
 utendum est eis, in ultimis declinationibus cōpetūt. Melius uero est magis sobrie diætari in alijs,
 & in uenereis. Non. n. possunt tantum iuuare remissione & lætitia mentis, quantum nocent imbe-
 cillitate et infrigidatione corporis. Ultra autem q̄ infrigidant, tristiores faciunt. Omnino autē bo-
 num animum & mansuetudinem sistunt, excitando quod contristat. Hæc quidem est diætā icte-
 ricorū. Scire autem oportet timendum esse, si hoc te faciente, & pharmacis & adinventionibus,
 nihil ad melius addunt, sed magis fiunt peiores habitibus, hi quidem aquosati, alij autem exsicca-
 ti. Duæ enim sunt euerisiones malignæ & difficile tractabiles s̄m ægritudinem. iccirco & à longe
 prohibere oportet, & obuiare eis, & obsistere. humidiores quidem, per purgationes quæ per diu-
 retica, & labores, & solares stationes, & per sudorū eductiones siccando. sicciores uero, per bonā F
 nutritionem humectando. Si aut̄ quid remanet in uultu de ictero, quod fieri solet, effusionibus
 quæ ad nares oportet uti. Fortissimum aut̄ est ad hæc elaterium & cyclamini succus permisti cum
 lacte, ut nō molestant repleto ore aqua. debilior autem est anagallis, & siclum, & nigella. nō tñ
 sunt inutilia. Eligat uero medicus quæ conueniunt ægritudini. Purgentur autē primo quidē mu-
 cilago: deinde cholera crassa, sicut uitellina. Licet autem his et post balneum uti. citius. n. euacuāt.
 & simul balneum consolatur, & est minus mordax. Et hæc est cura ictericorum.



GAL. ASCRIPTVS LIB. DE CVRA LAPIDIS.

CENSURA.

Vtilia etiam & hæc esse possunt, quæ hic Arabs scripsit, si cum iudicio legantur.



G
 ANON quem scripsit Alguazir Albuleizor filius Abumelech Filu-
 zer imperatori Saracenorū Anly filio Ioseph filij Resaphin de cura-
 tione lapidis. Accidētia à quibus cōuenientius est cauere, et à quorū
 tractatione cautela est adhibenda, sunt dolores, propter timorē qui
 est in eis. debilior nāq̄ eorum prosternit uirtutem, & soluit inter ho-
 minē et inter suas salutes. Et ipsi quidem non sunt sicut accidentia, in
 quorū curatione interuenit latitudo. Et ego iā multoties eo p̄sente
 dixi q̄ hoc accidens est sicut inimicus. Et oportet licet det inducias,
 ut abscindatur in ipsis suis inducijs, propter suam debilitatem in resi-
 stendo. & non sit cōtentus in debilitādo ipsum, sed abscindat ipsum
 cū eo quod acquirit ei uires, aut p̄parationē. Et canon cōferens in
 segregatione causæ hmōi accidentis, per cuius assiduationē cōfido q̄ securabit̄ ab eo, est iste. Dū
 tēpus æstatis perseverat usq̄ quo pertranseat plurimū tēporis autūni, & descendat pluuia multa,
 tunc acceptio. 3. i. 5. de syrupo acetoso, factō cū aceto expressionis uue puræ, et medietatis eius de H
 syrupo uiolato cū. v. 3. aquæ, in qua bullierint cortices radicū foeniculi. 3. i. 5. & cubebæ cōtritæ. 3. i.
 donec cōsumpta sit aquæ pars quinta, & colata est cōuenienter. sumat hoc omnib. modis in om-
 nibus. xv. diebus. Et acceptio aquæ ciceris secūdū quod dixi, est bona & benedicta. Et si inueniat̄
 aqua. & misceat cū ea in decoctione eius acetū, quod destruat ipsius caliditatē, & roboret eius in-
 cisionē, et ipsius abstersionē, & ad ultimū qñ inuenitur in acuitate cōplexionis, exquirat studium
 in infrigidando, sumat hunc syrupū, siue medicinas decoctas in aqua quā narraui. & utatur syru-
 po endiuixæ, & syrupo acetoso, & syrupo nenufaris. et ponatur in omnib. tpibus in aquā cibariorū
 factorū ei aqua ciceris nigri, nisi apud uehementiā caliditatis aeris. decoquatur ergo cū aceto qd̄
 decoquatur cū aqua ciceris. & sit cū aceto cucurbita. uerū in cibarijs de cucurbita multiplicetur
 origanū. Qñ ergo aduenerit autūnus. (& nō intelligo per autūnum illud de quo absolute dicitur
 hoc nomen. qm̄ tota autūni natura est ex natura tpis æstatis, sed uolo per ipsum qñ complectitur
 cōplexio aeris gradatim ad frigus, & associatur ad illud ut humectetur aer per descensionem plu-
 uix.) sumat de cōfectione quā feci ei nunc quatuor. 3. cum decoctione ciceris nigri, condita cū sa-
 le & pauco piperis, die una, & interpolet diem, quatuor uicibus, aut quasi illis. Qñ ergo uehemēs
fit frigus

A fit frigus aeris et figitur hyems, accipiat de theriaca magna omnibus. x. diebus aut quasi illis. 3. i. cū tanta aqua calefacta, quantū capit os semel, p̄misto ei de syrupo de corticibus citri. Et q̄n possibile est ut utatur cibario factō ex olere urticæ, fiat ei cibarium olerū, decoctū factū cū carne hœdi, quod sumat in principio suę comestionis. Hoc regimē sufficit ad auferēdas causas huiusmodi accidētis. Et de illis quæ oportet ipsum in cibo sumere, est lepus, postquā cōfirmat hyems, & defectus pluuiæ. & in uere die aliquo in diebus. At uero adolescens est multo melior quā aries t̄binus in istis duobus t̄pibus proprie. Et de illis quibus oportet conseruari sanitas ab omnibus accidētibus, quæ de proprietate calorīs est ut faciat accidere, aut ut accidāt causa eius in t̄pore autumnī, est ut sumat in mense maij circa finē eius, & in principio iunij, istud. Hordei excorticati & contriti, & florū nenufaris, & oculorum uaccæ mundatorum ex suis interioribus, omnium añ. 3. viij. seminis scariolæ, & uolubilis exiccata, & medullæ seminis croci hortulani, & medullæ se. melonis, omnium añ. drach. iij. florū uiolearum, & capilli ueneris, corticum radicis apij recentis, omnium añ. 3. ij. rhubarbari electi recentis, quartā. 3. unius. terantur quæ sunt terenda, et infundant̄ omnia nocte una in mēsurā libræ aquæ feruentis, & in mane ponantur super ignem leuem. q̄nq̄ inceperint bullire, confricentur manibus calida, & colentur, & confricentur manibus in colatura de cōdito rosato ex sacharo drach. xij. & de medul. casia fistulæ mūdātā à suis interioribus & suis tunicis drach. iij. & coletur, & misceatur cum eo tertia. 3. de syrupo iuleb, ex sacharo. & sumatur mane alto. & quiescat die assumptionis eius, & secūda. Illud uero quod aufert esse lapidis. & eius prohibet generationē, est esse contentum in cibo pane fermentato spongioso, cuius farina mollita fuit in proximo, cū auibus laudabilibus, sicut pullis, & perdicibus. & interpolatione lepore, & asparago, q̄n possibile est. & cibariū olerū ex urticis, & sicla est benedictū. & non repleatur comestione multū. immo dimittat de saturitate sua parum. & nō labore post comestionē penitus. & si est necessarium ut frangat illud quod generatum est ex eo, & extrahat illud, sumat de hac confectione. ꝛ. corticum radicū asparagi exiccatarum. & corticum radicū foenicu. exiccatarū, & polij, & scolopendriæ, et cubebæ, omniū ana. 3. v. ebeni, & gūmi prunorū, & lapidis iudaici contriti super cotem, & casia, & cyperi de harach, & bdellij uarij, & ammeos, omniū añ. 3. ij. terantur singulariter, & cribellentur, & conficiantur cū syrupo de sacharo. & sumatur ex ea ex tribus. 3. usq̄ ad illud quod est quasi illud, cum aqua calida in qua bullitum fuerit parum foeniculi. Et similiter ad uentositatē, & dolorem lapidis, & dolorem capitis, & stricūrā anhelitus, & dolorem brachiorū cōfert ei. Ad uentositatem sufficit regimen quod ego præcepi ad prohibendam eorum generationē penitus.

C Ea uero ex quibus generantur, sunt permistio in cibo, & intromissio cibi super residuum cibi. & labor post comestionem. Illud autē quo est utendū apud uehementiā doloris. nā dolor prædictus nō accidit nisi à generatione lapidis st̄atis in aliquo meatuum urine. & quod ego determinavi ei, phibet eius generationē, si ei alligetur ita, ut de eo nūquā cōqueratur. et nō accidit aliquid ex eo, si alligato ceciderit steratio mundificationis renū. uerunt̄ non est possibile, nisi imperium mandati audiat̄ administratū in huiusmodi dispositionē, & est istud. ꝛ. fenugræci. 3. iij. se. apij, se. dauici, amborum añ. duas tertias. 3. i. bulliat totum in vij. 3. aquæ, donec redeat ad medietatem. deinde confricetur manibus donec aliquantulum uiscosum fiat. & in colato fricetur manibus de cōdito uiolato ex sacharo. 3. i. f. fricatione ultima, & coletur. & sorbeatur in hyeme sup̄ medietatem. 3. i. de theriaca magna. & in æstate & suo simili de t̄porib. aeris calidi, sine theriaca penitus. & uaporetur locus totus cū hoc. Olei anethini. 3. iij. sumantur in quo liquefiat adipis gallinæ. 3. i. demum submergatur in eo lana succida. & uaporetur cum ea tepēfacta locus multis uicibus post potum medicinæ præcedentis. demum administratur sternutatorium bis uel quater. Dolor uero capitis q̄n inuenitur, tunc si fuerint in t̄pe calorīs, sumat istud quod narro. Cōditi rosati ex sacharo. 3. xij. medullæ casia fistulæ mūdātā à suis interioribus & à suis tunicis drach. vi. fricentur ambo in. v. 3. aquæ calidæ, & colentur. & addatur colato syrupi uiolati de sacharo. 3. i. f. sumatur in mane. & ungantur frons & anterior pars capitis cum oleo rosato, concusso cū tertia parte sui ex aceto fortis, & infrigidetur. & sit effusio eius super caput cum uase stricū oris ab altitudine mensuræ palmi. q̄m est melius & uelocioris iuuamenti. Si autem accidat in tempore frigoris, sumant hanc medicinā. Agarici uehementis albedinis drach. i. & tertia, raudseni, drach. i. terantur ambo, & cōficiantur cū syrupo acetoso de sacharo. & sumat super illa duo istud quod ego narro. Casia contrita, & anisi, uniuscuiusq̄. 3. i. ferueant cum. vi. 3. aquæ, donec cōsumatur ex ea mensura tertiæ, & coletur, & misceatur in ea syrupi acetosi. 3. i. f. & sorbeatur. & bulliant chamemeli & meliloti uniuscuiusq̄ ma. iij. in aqua quæ cooperiat ea, donec uehemens fiat eius calefactio. demum inclinentur frons & tempora super illum uaporem ascendētem ex ea. Cum ergo tepuerit aqua in qua bullitum fuit illud quod dixi, submergatur in ea pannus lenis, & uaporetur cum eo ubi inuenitur dolor in capite. Stricūræ uero anhelitus non est causa nisi additio carnis. & dimissio exercitij in ieiuno & cōseruatione illius eleuatur. Illud uero quod accidit de dolore brachij & membrīs, inungantur q̄n inuenitur illud cum oleo anethino, quoniam destruet illud.

Ad lapidem.

Et est ei iterum descriptio suffus ad lapidem. ꝛ. gūmi prunorū, & cubebæ, & lapidis iudaici,

ana

ap. huiusmodi

GAL. ASCRIPTVS LIB. DE CVRA LAPIDIS

añ.drach.iiij.corticis radicis asparagi, & ebeni, añ. drach.ij.se. dauci, drach.f.terant, & cribellen-
tur, & adiungatur ei media.ʒ.sachari. & bibatur de eo omni die. ex drach.ij. usq; ad circuitū eius,
cum aqua in qua misceatur syrupus acetosus. Et sit cibus tasea ex lepore, aut foeniculum & ciba-
rium olericum ex urticis. Et est ei descriptio infusionis illa ad illud. Recipe corticum radicum
apij, corticum radicum foeniculi, ana drach.ij. corticum radicum asparagi, drach.iiij. rubiæ tincto-
rum, drach.i.terantur omnia. & bulliant in.vi.ʒ.aquæ, donec minuatur medietas eius, & coletur,
& misceatur cum ea de syrupo acetoso scillitico.ʒ.i.f. & bibatur.

Ad lapidem in uesica.

Valet lapidi in uesica. i. frāgit illum in uesica hoc modo. Accipe cortices radicum petroselini,
foeniculi, semina eorum, milium solis, semē maluæ, & maluauisci, foenigræci. omnia uniuersaliter
habere poteris. & bulliant in aqua. & colabis. in parte istius colaturæ pones.ʒ.i. prædicti olei. & to-
tum tepidum dabis ad bibendum, siue in balneo. & hoc ieiuno stomacho post aliquam horā post
cibum. & hoc frequenter, quousq; totum lapidem emittat. Veruntamē si fuerit iuuenis, & siccus,
aut macilentus, & in æstate, dabis ei cum decoctione se. melonis, citruli, cucumeris & cucurbitæ,
lactucæ seminis, maluæ uel maluauisci, omniū æqualiter. ualet ægritudinibus uesicæ qñ impedit
urina ex humore frigido oppilante collum uesicæ. quod percipies, qñ non sentit calorē circa par-
tes illas, nec ardorem in urina. & q̄ calidis iuuatur, & frigidis læditur. & qñ sentit frigiditatem cir-
ca pectinem certior eris. Item quando sanies uulnerata, uel sanguis congelatus est in uesica, da-
bis cum aqua mellis. sed caue ne uulnera recentia sint in renibus. de antiquis ne timeas.

Ad incontinentiam urine.

Item si urina præter uoluntatem emittatur, da ad bibendum de uino ubi decocta sint ruta, casto-
rium, cupulæ glandium, semen myrti, & thus. ista eadem facias si mingat lente, partes illas frequē-
ter ungens. Prouocat urinam ex humoribus frigidis, uel sanie, uel sanguine congelato, aut lapide
in collo uesicæ, meatus urinales, aut ipsum collum uesicæ oppilantibus, uniuersa curabit, sicut scri-
ptum est. Item ualet doloribus frigidis, passionibus aurium frigidis. ualet paralyti, tremori mem-
brorum, & torturæ oris bibitum. debes ungere membrum læsum in his tribus prædictis passio-
nibus, sed primo & præcipue principia membrorum patientium. s. occipitium, & totā spinam dorsi
frequenter. Sed in paralyti, non in principio, sed post. iiij. uel. v. dies tunc præsumitur q̄ humores
non sint superflui. Verum in paralyti sanguinea nequaquam fiat nisi in declinatione. & tunc cum
cautela, ne sanguis aduratur, & febricitet infirmus, & periclitetur. In alijs duabus in ipso princi-
pio usq; ad finem. Aut bibitur in hunc modum. Mentam, saluiam, calaminthen, nucem muscatā,
galangam facies bullire cum pingui gallina. & in ipsa bullitione pone de oleo. si copiam non ha-
bes olei, ad medietatem ponas olei communis: postea de illo iure bibe ieiunus. & differas pran-
dium per duas horas. deinde ipsam gallinam comedas cum suo iure: si tantam copiam non habes
olei, in parte illius iuris si quod habueris facias bullire, & haurias. prædicta disciplina poteris cum
piscibus uti, addens cum prædictis herbis & speciebus origanum & pulegium. Si etiam piscem
eo unctum assaueris, utile erit. Item hoc idem oleum cū aceto calido sumat in ore qui patitur tor-
turam oris uel paralytin, & colluat os frequenter. maximum enim consequitur iuuamentum. Va-
let etiam ischiadicæ passioni, quando frequenter locus læsus ungitur, & per clystere mittitur. ua-
let etiam podagricis, & arthriticis ex frigida causa, cum quo fiat frequens inunctio pedum uel ar-
ticularū, addito modico aceti calefacti, & postea in sine egritudinis sine aceto. Valet dolori dorsi
emplastrū ex eo. & ammoniacum in eo dissoluitur. & dorsum emplastretur cū eo. hoc etiam em-
plastrum apostema splenis & eius duritiem dissoluit modico spacio temporis. & omnes duritias,
& omnia apostemata dura. Iniectum in naribus, ualet epilepsiæ. Et quando epilepticus cadit, de-
stillat in aures eius cum penna aliquas guttas, & apprehende nares cum manu tua, & agita caput,
& si agitur, sinatur post unam horam. in tempore interpolationis iniectum, multum confert. H
Valet oppilationi narium, quando nares oppilantur ex frigido humore, quod intelligas per ab-
sentiam caloris. & ipse infirmus sentit nares frigere. & asserit istud sibi accessisse. & calefacit cere-
brum quando ex eo ungis pollicem, fricans palatum, uel coronam & tempora eo inungis. aut cū
cibo sumis. aut cum iure parum ex eo usque ad. ij. ʒ. bibas. Valet contra obliuionem. i. delet eam,
quando tu radis occipitium, & ungis frequenter illud. & etiam sumptum per os, siue in cibo, siue
in uino, in quo bulliat castorium & saluia & olibanum. Ista frequentare debes quousq; iuuamen-
tum sentias. & hoc intelligas in omnibus operationibus istius olei. & sedat dolorem dentium,
quando est ex frigido humore, uel ex frigiditate cuiuslibet rei. & inungendo dentes uel gingiuas
eo, parum calefacit. Et iniectum in matricem, prouocat menstrua, quando in matricem cum pes-
fario immittitur, prius ad ignem calefactum. Aperit orificia uenarum, sumptum. s. per os, sicut su-
perius diximus. Et dissoluit sanguinem congelatum in stomacho & in uesica, quando sumitur si-
cut diximus ubi locuti sumus qualiter iuuat renes. & soluit urinam, & frangit lapidem in uesica.

Valet anhelosis ex frigidis humoribus in pulmone contentis, sumptum cum decoctio-
ne hyssopi & ficuum siccarum & liquiritiæ, aut alicuius istorum ad pon-
dus drach.ij. ieiuno stomacho.



GAL. ASCRIPTA QVAESITA IN HIPPO.

C E N S V R A.

Ex prognosticorū & aphorismorum cōmentarijs, sed ieiune pleraq; desumpta sunt.



VID significat tenuis & pallida urina: nempe incoctā substantiā, colore cōcoctā, imbecillitatemq; naturæ. Colore nāq; quod facile concoctu concoxit, nō utiq; substantia, q; sit collatu difficilis. Quod si ita diu feret, à piculo immunis pdurare homo nō potuerit, quoad morbus cōcoquat. Admodū nāq; tenuis urina pñciosam significat cruditatē, quatenus calor quod tenuiū partiū est, depascitur. Quid significat tenue & fuluū: nēpe tenue substantia, & fuluū colore, melius est pallido. sed tñ substantia incocta. Quid significat rufa urina: nēpe inconcoctionē, non interitū. sed non tā cito cōcoquitur. est nāq; ex sanguine putrido, qui necdū perfectā accepit concoctionē, nec etiā suū colorē. ob hoc morbum significat diuturniorē. In continuis autē

febrib. ui multa sanguinis excitatis excernitur urina rufa & crassa cū hypostasi rufa. manifestumq; ex colore & profusionis substantia quod assistit incoctū esse. ægritudinis certe incoctæ urina flaua quidē colore, substantia uero tenuis. Quid significat tenue mictū, & foris turbulentū: utiq; incoctū ex circumfluētia crassi flatus. significat uero naturā incepisse cōcoquere. Quid significat crassa mictura & permanens crassa: talis mictura ita permanens est ut iumentorum. pubescere ac uigere significat crassos humores & spiritus ut feruorē. In his capitis dolor aut iam præstō est, aut mox affuturus, propter perturbationē, ac fumidas exhalationes, quæ sunt in humoribus. Quid significat crassum emictū, & deinde perdurans: quiescere quidē in humoribus ebullitionē & attenuari. moderatā enim significat quantitatem. hinc discernēdi esse principium. Quid significat mi-

C ctum tenue, & idem perdurans: extremā incoctionem id significat. nā si natura ad concoctionē inclinare tentasset, neutiquā tale excreuisset. Hoc aut fit aut uiriū imbecillitate, aut obstructione oppilationeq; aut ob ægritudinis longitudinē. Nā qm̄ longa quartana est, in principio ob multitudinem & materiæ difficultatem, urina directu difficilis tenuis mingitur. Verū tenuis minuitur ob oppilationem mæcoris, aut renum. cæterū ex loci dolore dignoscitur. Mingitur sanē tenuis & alba etiam in æstuosis febribus, quæ causi nominantur. significatq; amentiam imminere. Causus nāq; febris, copiā significat bilis. at diuturna urina non est. manifestumq; facit in uasis bilem non manere, sed sua ad cerebrum euolui ac uolitare leuitate, ac si amens nō sit: hinc noris fore: quod si iam est, mingitq; tenuem & albam cum interclusa febrī, mortem proximā fore prædicito. neq; n. cerebri uires sustinebunt per febrim æstuosam immixtæ bilis acorē & discerptionē iā putrescētis.

D Vndenā oleosæ gignuntur urina: Cōsuevit febris primo quidem pingue liquefacere, deinde carnem. postremo solida exurit corpora. pingui ergo exusto, oleosæ excernuntur urina. sensim autē eliquescit pinguedo. inde principium habet, & ascensum, & uigorem. In principio itaq; colliquefactionis oleoli coloris urinas facit, ut ambiguū sit aquosæ ne sint an oleosæ. At in ascensu oleum esse apparet, ut olei mictionē iam habere uideatur. Verum in uigore iam tam colore q; substantia oleū esse dixeris. idq; renū est duntaxat, aut totius corporis. ac si renū sit dūtaxat, acruatim huiusmodi excernitur multitudo, cū multo caloris sensu circa renes: sin totius corporis, pedetētim sumit incrementū. Quid significant eruosæ hypostases: cū iā depasta pinguitudo est, & reliqua eliquescit caro, etiam eruosas in urinis excernit hypostases. Cæterum aut renū est, aut totius corporis. ac si ex renibus fuerit, urina etiā cōcocta est, & eruosas excernit hypostases: si cruda, totius corporis est malū. Quid significant furfuraceæ hypostases: cum febris depasta fuerit pinguedinē ad uasorum profundum in putrefactione, tum tales euadunt, angustiores foliolis, eis tamen crassiores excernuntur quandoq; ex uesica: at si febris affuerit, totius corporis est malū: sin minus, uesicæ solius. ac si urina fuerit incocta, morbus totius est corporis: sin cōcocta, solius uesicæ. uerū locum suum obtinet dolor. Quid pronunciant foliosæ: cū solida oblanguescunt, primo nāq; multū abraduntur. ac si cū febrī, uniuersum affligitur corpus: sin secus, sola uesica. Ex uesica quidem sunt cōcoctæ: ex toto autem corpore, crudæ. Quid portendunt in urinis hypostases crimnodes. i. farina crassiori similes: cum febris profundum uasorum comprehenderit, & maiorē latitudinem assumpserit, & longitudinē amplioem, fiunt fursurum hypostases, uocaturq; crimnodes. Cæterū crimna duo significant. aut enim sanguinis torridā uim pronunciant, aut solidorū corporum ualidam colliquefactionem. ac si alba sit hypostasis, solidorum est corporum languor: sin rufa, id à sanguine

GAL. ASCRIPTA QVÆSITA IN HIP.

sanguine est. Quid significat grauer olens: tabē, & naturæ futuram extinctionem Quid atra E
significat urinæ: Cunctæ profecto hæ et crassæ omnino sunt & perniciosæ. Rarissime, aut pror-
sus nunquã atra inuenitur tenuis urina. Nigrum certe corpus aut propter tostū efficitur sangui-
nem, aut ob totius corporis refrigerationem, aut melancholico humore purgato. Trinæ itaq; hæ
sunt differentiæ, quæ crassissimas obtinent substantias, ac crassæ inueniantur atra urinæ necesse
est. In acutis profecto ægritudinibus perniciosa ut plurimum atra urina est. Cum male olens, &
hypostasis atra fuerit, in ægritudinem acutam lapsum talem urinam emingentem, non mori im-
possibile est. Si sublatio sit atra, minus malum: similiter si nebulam, uel subnebulam habeat simi-
lem, mitius est malum. Siquidem atrum quandoq; frigiditatem ostendit, quandoq; caliditatem,
seu quoquo modo uim torridam. Si igitur liuidum prius mingat, deinde ita fiat atrum, frigiditatē
obtinet. Si fuluum antecesserit, inde in atrum conuertatur, tostum ex nimio calore ostendit san-
guinem atrum euasisse. Nos utiq; ne prætereat quartana & melancholica dissoluta amentia, atras
excerni urinas & crassas, Lienosi nanq; tales frequenter emingunt, cum languens ita lien appa-
ret. Nullam nanq; digestionem, & apparitionem intendit in redundantiam melancholicam. At
nos ista perniciosa esse pronunciamus in acutis ægritudinibus. cum tam uiris quã fœminis atra
urinæ existunt, esse pessimas: at infantibus, si aquosas. Minus uero erunt perniciosæ atra urinæ
lienem habentium inualidum: ac non ex æstuatione, at ex frigiditate atratus liuescit quodam mo-
do sanguis, sicut aliorum quorundam: at id ex humoris melancholici refusione.

Galeno falso ascriptorum, & spuriorum librorum finis.

Aα Bβ Cγ Dδ Eε Fζ Gη Hθ Iι Kκ Lλ Mμ Nν Oξ
Omnes sunt quaterniones, præter Kκ & Oξ quinterniones.

BASILEAE PER HIERONYMVM FROBENIVM ET
NICOLAVM EPISCOPIVM.



GALENI EXTRA ORDINEM CLASSIVM LIBRI

IN QVIBVS BREVES RERV M DETERMINATIO-
nes traduntur, quarum perceptio, superiorum li-
brorum lectionem requirit.

Librorum series proximo folio habetur.


ἢ ἀφορισμῶν.



B A S I L E A E ▶

LIBRI EXTRA ORDINEM
Clasium.

- GALENI** Commentarij in Aphorismos Hippocratis, Nicolao Leonicensi Vicentino interprete, ex plurium antiquorum codicum collatione à Jul. Mar-
tiano Rota & Augustino Gadaldino Mutinensi recogniti. 3
- Aduersus Lycum**, quòd nihil in eo Aphorismo Hippocrates peccarit, cuius
initium est, Qui crescunt plurimū habent caloris innati, liber, Julio Alexan-
drino medico Tridentino interprete. 119
- Contra ea quæ à Iuliano in Hippocratis Aphorismos dicta sunt** liber, Julio
Alexandrino interprete. 128
- Linguarum**, hoc est obsoletarum uocum Hippocratis, explanatio, Mario Ni-
zolio Brixellensi interprete. 138




GALENI IN APHORIS- MOS HIPPOCRATIS COMMEN- TARIUM SEPTIMUM,

QUOS A NICOLAO LEONICENO TRANSLATOS

Iul. Martianus Rota & Augustinus Gadaldinus è complu-
ribus Græcis codicibus illustrauerunt.

COMMENTARIUS PRIMVS.



VITA breuis, ars longa, occasio præceps, experimentum periculosum, iudicium difficile. Nec solum seipsum præstare oportet opportuna facientem, sed & ægrum, & assidentes, & exteriora.

Hanc orationem, siue unus sit aphorismus, siue plures, esse proœmium totius operis, pro confesso habetur apud omnes ferè eius expositores. Quid uero sibi Hippocrates uolens, tali utendū proœmio censuerit: non parum sententiæ ambigunt. Forte uero id ipsum inuenimus, si singulas orationis partes prius diligenter considerauerimus. Quòd quidem igitur uitam dixerit breuem artis comparatione, omnibus ferè libri expositoribus est manifestum. Artem uero ipsam hac ratione arbitror longam existimare, quoniam omnium ferè

operationum particularium occasionem habeat momentaneam, & ob id difficulter comprehensibilem: ut nemo eam possit agnoscere, nisi qui diu in hac fuerit exercitatus. Ac, cum duo sint instrumenta ad artes inueniendas necessaria, experimentum, & ex ratione iudicium: illud quidem periculosum est, hoc autem haudquaquam facile existit, immo, siquid aliud, maximam habet difficultatem. Est igitur occasio præceps ob materiæ, circa quam uersatur ars, fluxibilitatem. Corpus siquidem nostrum ualde mutationibus obnoxium est: neq; à causis externis tantum, sed ab internis etiam facile alteratur. Experimentum uero periculosum est, propter materiæ dignitatem, non propter transmutationis facilitatem. hæc enim in momentanea occasione continetur. Iudicium uero si quis (ut ego assero) pro ratione accipiat, liquet ipsam esse difficillimam, cum ad hoc usque æui ambigua permanerit: Si uero (ut nonnulli, qui se ab experientia empiricos nominant, opinantur) per iudicium intelligat eorum, quæ experientia eueniunt, dijudicationem: sic quoq; non est obscura eius rectitudinis difficultas. Sed auctorem libri esse dogmaticū, in tota ostendetur commentatione. Prima itaq; proœmij particula ad hunc usq; locum terminatur. Secundam autem scribit non ut pronuncians, sed ut consulens: Nec solum seipsum præstare oportet opportuna facientem, sed & ægrum, & assidentes, & exteriora. Quorum uerborum uis talis existit: Si debes exquirere, & examinare ueritatem eorum, quæ in hoc libro scribuntur, non modo teipsum medicum oportet omnia quæ conuenit, agere: sed & ægrum, & ministros atq; insuper exteriora omnia in nullo delinquere. Prima itaque pars orationis hoc unum caput complectitur: Vita breuis, ars longa. Nam reliqua, quæ sequuntur, artem esse longam demonstrant. Post hanc secunda pars quoddam ueluti consilium siue pactum affert illis, qui librum lecturi sunt, ac dijudicaturi. Sed quidnam sibi uult statim principio hoc scribens, breuem esse uitam, si ad artis magnitudinem conferatur? Nam hoc ipsum indagare, ab initio proposueramus. Sunt itaq; nonnulli, qui uolunt id egisse Hippocratem, exhortandi homines gratia ad artem gnauiter exercendam: Nonnulli contra, dehortandi causa: Quidam ad hunc finem, ut experiretur atq; discerneret eos, qui gnauiter, et eos, qui secus, artem essent exercitaturi: Alij uolunt ipsum causam attulisse, ob quam oportuit scribere commentationes: Alij adijciunt, aphoristicas: Quidam hoc sermone putant ipsum causas assignasse, propter quas hæc ars sit coniecturalis: Alij, ex quot causis contingat medicos suo fine frustrari. Hi igitur, ut à postremis primum incipiam, mihi omnino uidentur nihil consonum dicere. Quam

Extra ord.

a 2 enim

enim præ se ferret sapientiã, aut quid Hippocratis sententiã dignum, statim circa initia operis, docere, uel quod ars quædam coniecturalis sit medicina, uel quod eius frustramur sine, siue hoc fiat ex nobis ipsis, siue ex magnitudine artis: Sed & uerba illa, Nec solum oportet præstare seipsum opportuna facientem, sed & ægrum, & affidentes, & exteriora, contrariũ omnino indicant. Hæc enim omnia illi magis scribere conuenit, qui profiteatur omnia, quæ in libro continentur, esse uera, & qui fateatur ob multas causas non sortiri finem. Neque enim dixisset, Oportet autem: sed post illa uerba: Vita breuis, ars longa, occasio præceps, experimentũ periculosum, iudicium difficile, hæc alia subiunxisset, Et medicus ipse etiam delinquit, & ægri, & eorum ministri. Sed neque illi, qui aiunt uoluisse ipsum auertere lectores à studio medicinæ, cum dicat uitam esse breuem, artem uero longã, uidentur mihi conuenientia dicere. Nam extrema foret dementia, simul scribere cõmentationes, quæ posteritati utile quidpiam tradant, simul ab initio statim non solum à legendo uel discendo ea, quæ scripseris, dehortari, sed etiam ab arte uniuersa, cuius doctrinam profitearis, abalienare. Qui uero aiunt uoluisse ipsum homines ad artem impensiori studio capeffendam excitare (neque enim aliter posse totam tempore breui, cum sit longa, perdisci) ñ etsi aliquid ueri dicunt, non tamen mihi uidentur uel uiri sententiã dignum, uel ijs, quæ hoc in libro scribuntur, congruens satis proœmium ostendere: Sicuti neque quicumque arbitrantur hoc genus sermonis fuisse ab Hippocrate usurpatum tentandi gratia illos, qui ad artem accedunt. Verum enim est, quod etiam à Platone dicitur, hac maxime uia periculum fieri de illorũ animo, qui quamuis artem sunt percepturi, si magnam atque difficilem esse illis eam doctrinam ostendamus. Atqui hoc neque per librum aliquẽ, sed per mutuos sermones agitur, neque mihi congruens uidetur præfati cõmentationi: si quidem proœmium oportet ijs, quæ sunt in libro scribenda, esse accommodatum. Nisi forte quis sentiat, omnium librorum primos legendos esse Aphorismos, atque ideo Hippocratem in proœmio cõmentationis cõmunem fecisse uniuersæ arti sermonem: uolentem per hunc ostendere, non posse unumquemque suo arbitrio artem discere medicinalem, longa cum sit, sed illos tantum, quibus suppetat tempus ad discendum, & natura sint ad hoc aptiores. Quod si probabile prorsus appareat hanc totius artis communẽ esse præfationem: neque illi sunt reprehendendi, qui aiunt Hippocratem causam assignasse, ob quam cõmentationes scribere oporteat. Fecit autem & in libro, qui *πρὸς τοὺς ἰατροὺς*, id est de ijs, quæ in officina medici fiunt, inscribitur, omnium lectionum commune proœmium, quemadmodum in eiusdem libri expositione fuit à nobis ostensum. Illorum itaque sententiã, qui uel doctrinæ modi, uel certe cõmutationum utilitatis causam uolunt in proœmio assignari, mihi præferenda uidentur. Nam & forma doctrinæ aphoristica, quæ omnes rei proprietates breuissimis uerbis circumscribit, est illis utilissima, qui uolunt breui tempore longã artem docere: Et cõscribere cõmentationes ob id, quod uita sit breuis, si ad artis magnitudinem conferatur, summam habet præ omnibus alijs rationem. Nemo enim nostrum satis esse potest ad artem simul & constituendam & absoluendam: sed satis superque uideri debet, si, quæ multorum annorum spatio priores inuenerint, posterius accipientes, atque his addentes aliquid, illam aliquando compleant atque perficiant. Vel enim propter istorum alterum, uel propter utrunque, mihi uidentur tali esse usus proœmio, ac si ita scripsisset: Quoniam artis magnitudo uitam excedit hominis, adeo ut ab homine quantumuis diligentis ac laborioso non possit & inchoari, & ad finem usque perducì: propterea operæ precium est, quæ quisque cognouit, ea mandare literis, & tradere posteritati cõmentationes, quæ rerum docendarum naturam omnẽ diligenter, breuiter, & dilucide interpretentur. Quod uero ars longa sit, uerba hæc, quæ subsequuntur, ostendunt: Occasio præceps, experimentum uero periculosum, iudicium difficile. Quasi ita dixerit: Vita breuis, ars longa: quoniam & occasio præceps, & experimentum periculosum, & iudicium difficile. Propter hoc enim & ars longa, quoniam occasio agendorum in ipsa est maxime præceps, hoc est angustissima & breuissimi temporis. Præterea, cum sint duo instrumenta, per quæ remedia inueniuntur, ratio, & experientia: hæc quidẽ est periculosa, ratio uero difficilis, hoc est non facilis cognitu. Vera autem esse, quæ dicuntur, non est difficile paucis ostendere. Occasio enim præceps est propter artis materiam: dico autem corpus, quod continue fluit, & momento temporis transmutatur. Experimentum autem periculosum est & ipsum, materiæ ratione. Neque enim lateres, lutum, ligna, lapides, tegule, coria, artis medicinalis, ut altarũ, materia sunt: in quibus experiri & exercitari multis modis impune licet illi, qui se circa materiam exercent, & artis theoremata meditetur: id quod in lignis carpentarij, in corijs coriarij faciunt. Ligna siquidem & corium male tractantem corrumpere, nullum periculum est: at in corpore humano illa experiri, quæ non sunt experientia comprobata, non est citra periculum, cum mala experientia ad totius animalis interitum terminetur. Iam uero & iudicium (sit autem ratio ipsa iudicium, quoniam per eam, quæ sunt facienda, iudicantur) difficile est, nec inuentu facile. de uero autem iudicio loquor: atque hoc sectarum multitudo in arte medicinali ostendunt. Neque enim, si ueritas esset inuentu facilis, tot ac tanti uiri, qui illã perquisierunt, unquam in tam repugnantes sententiã deuenissent. Empiricis uero non uidetur ratio dici iudiciũ, sed, quæ per experientiam inuenta fuere, auxiliõrũ dijudicatio. Nam, ut uerũ fateamur, & hæc difficilis est, nec exploratu facilis, quando multis remedijs ægrotanti adhibitis, aliquod unum illorũ in causa fuisse dijudicat, ut

Ager uel melius se habeat, uel deterius: quē si forte contigerit bene dormiisse, deinde unctū fuisse, postea emplastrū adhibuisse, deinde clysterē, uel spontaneā uentris deiectionem habuisse, deinde tales cibos assumpsisse, & post hæc omnia sensisse iuuamentū uel detrimentū: non facile dictū est, quidnam eorū, quæ circa ipsum facta sunt, aut iuuerit, aut nocuerit. His igitur ex causis omnib. iudiciū est difficile. Sed iam sermonē totum uno capite colligamus. Ars quidē est longa, si eam unius hominis uita metiamur. Expediūt autē relinquere posteris cōmentationes, præsertim cōpendiosas, atq; aphoristicas. Nam talis doctrinæ modus, & ad primā disciplinā, & ad illa, quæ quis didicit, retinēda, quæq; oblitus postea fuerit, in memoriā reuocanda, utilissimus est. Consonant autē his & uerba sequētia. Nam, tanq; proœmiū fecerit & ipsi cōmentario, & his quæ in eo scribenda fuerunt, cōuenienter subintulit: Nec solū oportet præstare seipsum opportuna facientē, sed & ægrum, & assidētes, & exteriora. Siquis (inquit) aliquando dī iudicaturus est, quæ in hoc libro scribuntur, quantū habeant ueritatis: non solū seipsum præstare debet opportuna facientē, & nihil, quod ægro possit conducere, prætermittentē: sed & ipse æger parere medico debet, & in nullo p. prię indulgere uoluptati: ministri etiā idonei assideant, oportet: & exteriora omnia adsint appa-
ta. Nam propter illa plerunq; uel præcognitionē, uel curationem, uel utraq; interrumpi cōtingit.

B Exteriora autē sunt habitationes idoneæ, uel turbarū plenæ, uel turba uacantes, præterea quæ nunciantur & aguntur, quæq; iram, aut tristitiam, aut aliquem alium affectum ægrotanti infligunt, ad hæc illa, quæ noctu somnum abrumpunt, quæ propē infinita sunt. Si igitur (inquit) hæc omnia bene & recte se habuerint: nihil eorum, quæ in hoc libro scribuntur, falsum esse inuenietur.

² In perturbationibus uentris, & uomitibus spontinis, si talia purgentur, qualia purgari oportet: confert, & leuiter ferunt: sin minus, contra. Sic & uasorum inanitio si talis fiat, qualis fieri debet: confert, & bene tolerat: sin minus, contra. Inspecere itaq; oportet & regionem, & tempus, & ætatem, & morbos, in quibus conueniat, aut non.

Non de quātitate eorum, quæ euacuantur, sermo ipsi est (ut nōnulli sunt arbitrati) sed de qualitate tantū, ut manifestāt duo uerba, qualia, & qualis. Nam in ijs, quæ spōte fiunt, euacuationibus, ita dixit: Si qualia oportet purgari, purgent: confert, & leuiter ferunt. In alijs uero, quæ à medico: Si qualis fieri debet, ita fiat. Atqui potuisset dicere, Si, quantū purgari oportet, purge. & rursus, Si tanta fiat, quanta debet fieri. Hoc idē ostenditur & ex uerbo purgari. Neq; enim simpliciter dixit, Si, qualia oportet euacuari: sed, Si, qualia oportet purgari. Est autē purgatio, humorum, qui sua qualitate molestant, euacuatio. In his itaq; multi delinquūt expositores, qui neq; uerba, neq; mentē hominis recte percipiunt. Adhuc autē magis peccant, cum nomen *κνεαγγείων*. i. uasorum inanitionem alijs pro inedia accipiunt, alijs pro uenę sectione. Hippocrates siquidē omnem euacuationem solet ab euentu nominare uasorum inanitionem: qm̄ in omnibus euacuationibus contingit uasa inaniri. Sermo quippe nunc ipsi est de qualitate eorū, quæ euacuantur. Sicuti autē semper adhortatur, ut, quæ recte à natura fiunt, medicus imitetur: sic & nūc idem agit, à spontinis euacuationibus suā exorsus orationē: in quibus si, qualia oportet purgari, purgentur, (hoc est ea, quæ corpus infestant) cōfert, & leuiter ferūt. Quod si aliorū fiat euacuatio, & non eorū, quæ corpora nostra molestant, contrarium euenit: neq; enim confert, & grauiter ferūt ægrotantes. Eodem pariter modo, si medicus moliatu aliquam facere euacuationē, eorum esto, quæ corpora nostra molestant: quemadmodū & in alijs locis humorem noxiū præcipit euacuari, neq; alterum illi in euacuatione præferri. Si igitur pituita superabundet, hanc omnino oportet euacuari: flaua autē bile uel atra infestante, abstinendū est à pituita, & bilem infestantē euacuandum. Sic & si sanguis in corpore modū excesserit, sanguinem euacuari oportet: itidem & serosam eius partem, si hæc fuerit superabundans. Humorē autē superabundantē ex colore debemus coniectari, nisi aliqui forte in profundum recesserint. Color. n. similis efflorescit humoribus, si non retro gurgitauerint. In ijs ergo præcipue, qui retrocesserunt, & non sunt equa portione per totum corpus diffusi, oportet inspicere tempus anni, & regionē, & ætatem, & morbos, in quibus cōueniat, aut non: hoc est in quibus conueniat, aut nō, talis uel talis humoris facere euacuationē. Habet. n. & unusquisq; humor in corpore superexcedens indicia propria, de quibus deinceps plenius dicemus. Perfectæ tamen gratia cognitionis, inspicere oportet tempus anni, quod præsens est, & regionē, in qua degunt ægrotantes, & eorum ætatem, & speciē ægritudinis. Sint enim, si ita contigerit, flauæ bilis in corpore abundantis indicia: simul cum ipsis inspiciendū erit, si tempus æstiuū, si regio calida, si æger in ætatis uigore consistit. Eodem modo & in pituita considerandū est, si adsit hyems, si regio frigida, si homo senex. Et præter hæc omnia, ipsam morbi speciem inspicere oportet: ueluti quod tertiana (si ita contigerit) fit à flaua bile modū excedente, quartana ab atra, quotidiana à pituita, cancer ab atra bile, erysipelas à flaua, atq; singulæ aliæ morborum species. Si enim hæc omnia distinxerimus, firmiter atq; stabilius ad noxiū humoris euacuationē perueniemus. Illi igitur expositores præ alijs (ueluti absurda dicentes) sunt repudiandi, qui putant ipsum de sola inedia, quæ adhibetur in febribus, sermonem habere. neq; n. ipse febres nominauit, sermoq; fit de omnibus in uniuersum, quæ sunt præter naturam: intentiones nos docens, ad quas respicientes nos oportet inuenire non quantitātē, sed qualitātē euacuationis. Nā de quātitate, sequens differit Aphorismus. Quo autem morbi tempore aggredi

Extra ord.

2 3 oporteat

oporteat euacuationem, & quo modo ipsa sit facienda, in alijs deinceps dicit Aphorismis. quare E
neq; nūc mihi de his dicere est necessariū. Sic enim nostra doctrina non foret sapientior, & com-
mentationes ad immodicam minimeq; necessariam prolixitatem peruenirent.

3 *Habitus exercitatorū, qui ad summum bonitatis attingunt, periculosi, si in extremo constiterint. Neq; enim possunt in eodem per-
manere, neq; quiescere. Cum uero non quiescant: neq; possunt proficere in melius: Reliquum est igitur, ut decidant in deterius. His de
causis, bonum habitum statim soluere expedit, ut corpus rursus nutriri incipiat. Neq; compressiones, ad extremum ducenda: (pericu-
losum enim) sed qualis natura fuerit eius, qui debet perferre, ad hoc ducere conuenit. Sic & euacuationes, quæ ad extremū deducunt,
periculosa. Et rursus refectiones, cum extrema fuerint, periculosa.*

Illum qui antecedit, sermonem esse de eorum, quæ euacuant, qualitate, docuimus. In hoc autē
& sequentibus uult de quantitate docere: & ab immoderata repletionē atq; euacuatione initium
sumit in hoc quoq; Aphorismo proposito, sicuti in alio præcedente, quoddam exemplum suppo-
nens, & ad ipsum, ut consueuit, suum sermonē dirigens. Exemplum autē ipsi est, exercitatorum bo-
nus habitus. Vocat autē bonum habitū exercitatorū, illorum, quibus hoc est totius uitæ institutū,
assidue operam dare exercitationibus, ut alios deiciāt, qui mos est athletarū. Qui em̄ simpliciter
bonus habitus nominatur, quē plurimi agricolæ habent, in fodienda terra, metendis segetibus, & F
alijs ruralibus laboribus occupati, ad immodicam repletionē non attingit. Athletarū autē bonus
habitus non paruam culpā habet, studere magnitudinē molis corpori adijcere, & (ut liquere po-
test) humorū multitudinem: Hi. n. apparatus sunt toti corpori nutriendo, qui si ipsi præstō nō ad-
sint, fieri non potest, ut corpora ad molem immodicā perducantur. Quare necessariū est huiusce-
modi dispositionem esse periculosa. Cum. n. uasa cibis ac potibus fuerint supra modum repleta,
periculum est, ne aut ipsa dirūpantur, aut calor natius suffocet extingatur: sicuti etiam subita
morte interierunt athlete quidam, cum ad summā repletionem uenissent. Qui autē ad naturæ o-
pera utilis est bonus corporis habitus, nulli tali periculo obnoxius est, quia nunquā ad extremam
peruenit repletionem: quare neq; ipsum soluere oportet sicuti habitū athletarum, cum ad extre-
mum peruenit. Hunc. n. soluere oportet, haudquaquā morantes, sed anticipantes solutione pericu-
lum. Causam uero, ob quam soluere ipsum oporteat, talē ipse subiicit dicens: Neq; n. possunt in
eodem permanere, neq; quiescere. Nam, cum semper natura coctionem, distributionē, sanguinis
generationē, adiectionem, agglutinationē, atq; assimilationē operetur: quādo nihil adijci solidis
corporis partibus potest, neq; uenæ amplius habent conceptaculū, in quod alimentū distributū G
recipiat, tūc necessario periculū imminet, ne aut uas aliquod dirūpat, aut subita mors obueniat.
Ut igitur corpus rursus habeat locū, quo nutriatur, bonū habitū oportet sine mora soluere. Eius
autē solutio est euacuatio, ut liquet. Et hāc quoq; oportet nō ultra modū facere: cū sit immodica e-
uacuatio nō minus immoderata repletionē periculosa. Intentio autē quātitatē euacuationis, nō so-
lum humorē superabundantē respicit, sed & naturā, hoc est uires hominis, qui debet euacuari. A-
lij em̄ alijs magis minusue perferūt euacuationes. Hæc itaq; ab ipso de bono habitu athletarū di-
cta fuere, quæ quidem ipsa per seipsa possunt conducere ijs, qui tale uitæ institutum elegerunt:
medicis autē sunt ueluti exemplū sermonis postea subiūgendū. Inquit em̄: Sic & euacuationes, quæ
ad extremū deducūt, periculosa. Et rursus, refectiones, cū extrema fuerint, periculosa. Tale quid
in toto hoc sermone indicare uolens, q̄ nimirū neq; euacuare, neq; replere supra modū oporteat:
cuius rei documento esse potest bonus habitus athletarū, qui alioqui inculpabilis existens (nam
& bonis abundant humoribus, & uires robustas athlete habent) hoc solum malum maximū con-
tinet, q̄ ad extremā uenit repletionē: quapropter statim eum soluere oportet. Et sicuti rursus, qui
sunt tali habitu præditi, non sunt ad extremā euacuationē perducendi: sic, & qui alia quauis egēt
euacuatione, nō sunt supra modū euacuandi. Nam ut in uniuersum dicamus, in om̄i euacuatione H
uires ægroti oportet attendere: & donec tolerant, nec laborāt, tentandū est humorem exuperan-
tem educere. cum uero dissoluuntur uires, etiā si restent aliqua superfluitates: cauere oportet ea-
rum euacuationē. Quod autē ait, Et rursus refectiones, cum extrema fuerint, periculosa: si quis de-
beat sermonem hunc ad exemplū referre, ne sit decurtatus, de ultima dictus repletionē uidebitur,
quam iubet cauere, & non usque adeo reficere corpora, ut ad extremā ueniant repletionē. Si uero
sermonis figurā attēderis, ut nonnulli expositores fecere: de eadem re bis ipsum dicere, sed aliter
atq; atq; aliter, cogitabis. Cum igitur ita dixerit, Sic & euacuationes, quæ ad extremū perducunt,
periculosa: p̄ hoc ipsum solū putabis præcipue, fugiendas esse immodicas euacuationes, qm̄ sint
admodū periculosa. Cum uero postea subiūgens dixerit, Et rursus refectiones, cum extrema fu-
erint, periculosa: ob hoc uetare immodicas euacuationes, quoniā & refectiones, post ipsas facte,
haudquaquā securæ existunt, cū sit natura iam facta imbecillis, & neq; iam possit sufficienter co-
quere, neq; distribuere alimentū, neq; assimilare. Verū, si quis ita sermonē acceperit: altera doctri-
næ pars de extrema repletionē, manifeste relinquet, & frustra exemplū de bono exercitatorū ha-
bitu erit allatum. Quid, q̄ hoc ipsum uerbum, rursus, in tota adiectum oratione, sentētiam, quam
diximus, uidetur manifestare, cum ita dicat: Et rursus refectiones, cum extrema fuerint, periculo-
sa. Ut enim, qui de altera re sermonem faciat, ita uerbum, rursus, apposuit.

A *Victus tenuis atq; exquisitus, in passionibus quidem longis semper, in acutis uero, in quibus non conuenit, periculosus. Et rursus, qui ad extremum deuenit tenuitatis, grauis est. Nam & repletiones, quae ad extremum deueniunt, graues sunt.*

B Cū in superiori aphorismo de qualibet in uniuersum immodica repletionē atq; euacuationē locutus fuerit: in hoc de ægrotantiū uictu sermonē habet, præcipiens nobis, in passionibus longis semper uictū cauere tenuē, in acutis uero nō semper. plurimī. n. horū uictū tenuē exigere uident: quidā uero eorū & illū, qui ad extremū tenuitatis deuenit. Eset autē uictus tenuis in extremo, qui per solā inediā uel melicratū, usq; ad iudicationē procedit: Tenuis uero, qui per pauca, aut parum nutriētia edulīa, qualis est ptissanæ succus. Eius autē terminus est uiriū diminutio, quārū gratia nutrimus. In sanis itaq; corporibus semper oportet robur seruare uiriū, uel augere alimētis, nō diminuere. Ac augēs quidē alimētum est, quod plenū uocatur: cōseruans autē, quod mediocre existit: diminuēs uero, quod tenue dicitur. Hoc igitur semper fugere oportet: alijs uero, ut præsentia exigunt, uti. In ægrotantibus autē raro quidē accidit, ut robur corporis maius reddere, quā acceperimus, studeamus: magna uero ex parte studemus in lōgis quidē morbis seruare uires, in acutis autē moderate debilitatas cōseruare. Nā, si eas in istis tales, quales acceperimus, uel seruare, uel augere semper studuerimus, morbū augebimus. Qui uero morbi acuti uictū exigāt tenuissimū in extremo, quicūq; tenuissimū quidē, nō tamen in extremo, & qui tenuē: in libro de uictu acutorū (qui de ptissana à nonnullis inscribitur) plenius Hippocrates docuit: & nos nostris in eundem librum expositionibus, totū sermonē absoluimus. Nūc uero tm̄ hoc dixisse sufficiat, in omnibus morbis, in quibus summus uigor & iudicatio primis quatuor dieb. futura est, modo uires sint fortiores, integrā inediā seruādā esse, q̄ est in extremo tenuissimus uictus. In quibus uero nō ultra primā septimanā protrahētur, fortibus existentibus uiribus, solo melicrato uti sufficiet. Solus autē hic uictus tenuissimus esset, nō tm̄ in extremo. Quod si uiribus nō fidamus, ptissanæ utemur succo. rationabiliterq; huiuscemodī uictus tenuis diceretur: sicuti, qui per ptissanā hordeaceam, nō est quidē tenuis exquisite, nisi omnino pauca assumpta fuerit: nō tm̄ propterea plenus, qualis qui fit per oua, & alicam, & pisces, atq; alia huiuscemodī. Quod igitur adiectum est sermoni de acutis, in quibus nō conuenit, haudquaquā dicitur propter peracutos, de his. n. ipse mox inquiet: Vbi igitur morbus peracutus est, statim & extremos labores habet, & uictu extreme tenuissimo utendum est.

S *In tenui uictu ægri delinquant: quo fit, ut magis lædantur. Quicumq; enim error committitur, maior in hoc fit, quam in paulo pleniori uictu. Propterea etiam sanis periculosus existit ualde tenuis & constitutus et exquisitus uictus, quoniam errores grauius ferūt.*

C *Ob hoc igitur tenuis uictus atq; admodum exquisitus, eo, qui sit paulo plenior, magis periculosus.*

Huius initiū aphorismi ēt aliter scriptū inueniēt, hoc mō: In tenui uictu magna ex pte bifariā peccāt, q̄ ægrotāt: q̄ fit, ut magis lædant. Et hāc scripturā pleriq; magis altera probāt, hoc putātes Hippocratē uoluisse dicere, q̄ in tenui uictu bifariā ægri delinquentes, magis lædunt. Nā inscijs medicis ob hoc ipsum cogūt cibari, qm̄ tenui uictu ab ipsis regunt: & hinc maius detrimētū suscipiūt, q̄ si uictu tenui nō regerent. Qd̄ autē delinquant manifestū est, qm̄ uires habēt imbecillas, ut q̄ pp̄ superiorē cibi indigētiā laborarint. Mihi autē uidet̄ prior scriptura melior, ut q̄ hāc q̄q; cōplectit̄, & sermonē facit generaliorē, cū de omni delicto doceat, siue uolētibus, siue inuitis ægrotātibus accidat: ut talis sit sermo. Quicumq; error accidit ægrotātibus, q̄ tenui uictu reguntur, hic maius affert periculū, q̄ & natura à tali uictu debilis facta est, & ad eū trāsitus est insuetus. Confirmāt antedictā scripturā ea, q̄ de sanis dicunt̄, in quibus tenuē ait uictū esse periculosum, qm̄ errores grauius ferūt, nō q̄ pp̄ uictus tenuitatē cogant̄ delinquere. Quae uero de aphorismo sequunt̄, sunt manifesta.

6 *Extremis morbis, extrema exquisite remedia optima sunt.*

D Extremos morbos nominauit Hippocrates summos, ultra quos non sunt alijs. Quare præcipit in ipsis tota curatiōe exquisitissima nos uti, ac proculdubio uictū quoq; adhibere tenuissimū. Tales autem prorsus sunt morbi peracuti: in peracutis autem, qui tertio die ad summum uigorē perueniunt, uictus summe tenuissimus optimus est. Vnde sequentē subiungens aphorismum, ait:

7 *Vbi igitur morbus peracutus est, statim & extremos habet labores, & extreme tenuissimo uictu utendum est. Vbi uero non, sed pleniorē uictum contingit adhibere: tantum cibi indulgendum est, quantum morbus extremis est mollior.*

Sicuti superius morbos, qui maximi sunt, extremos nominauit: ita & nūc labores, qui maximi sunt, extremos appellat: labores autē, (Græce *πόνους*) uel accessiones, uel simpliciter casus uniuersos. Etenim accessiones, atq; oēs simpliciter casus maximos possidet morbus peracutus statim in primis morbi diebus: nā in ipsos statim morbi incidit uigor: qui nihil aliud est, quā morbi, quantum ad casus attinet, maximū. Iam uero morbus ille est peracutus, qui statim in summo uigore consistit. Statim autē, est intelligendum, circa primos quatuor dies, uel paulo ulterius. Idcirco autē extreme tenuem uictum adhibere conuenit, si modo uictus tenuissimus morbis consistentibus est necessarius: quemadmodum docuit in libro de uictu acutorū, & in hoc ipso aphorismo. Consistit autem extreme morbus peracutus statim in primis diebus. Quod autem sit rationi consonum in morbi uigore tenuissimo uti uictu, alibi est à nobis plenius ostensum. Nunc id tm̄ dixisse sat erit, q̄, si quis propter inflammationes, uel febres (quae à morbis acutis sunt inseparabiles) quispiā ue-

retur effatu dignū afferre alimentū: hoc ipsum morbo in suo uigore consistente magis uerebitur **E** facere. Tunc. n. phlegmasie, ut appellat ipse in libro de uictu acutorum, maximæ existūt: siue quis per phlegmasias uelit intelligere illas, quæ proprie dicuntur phlegmonæ. i. inflamationes: siue etiā libeat febres unā complecti, s̄m antiquā uocabuli acceptionē. Accedit ad hæc, q̄ melius est naturam permittere uacare circa morbi coctionem, morbo in suo uigore consistente, neq̄ distrahere ipsam ad cibos recenter assumptos cōficiendos. His rationibus itaq̄, cum morbus cōsistit, uictu tenuissimo oportet uti. Hoc ergo supposito, in alijs morbis, qui suum uigorē sunt posterius accēpturi, nō licet afferre statim ab initio extreme tenuissimū uictum. Nā sic prius homo morietur, q̄ morbus in uigore consistat. In quibus uero morbi uigor statim futurus est, hoc est in primis quatuor diebus, in ijs possumus uictu extreme tenuissimo uti: cum uires tolerēt & inediam omnino dā, & solius melicrati exhibitionem, & ptissanæ succū paucū omnino. talis quidē tenuissimus est uictus. Qui uero hoc minus tenuis existit, quem etiam pleniorē nominauit, illis conuenit morbis, qui posterius in suo debēt uigore consistere: in quibus præcipit tm̄ à uictus tenuitate declinare, quantum morbus ab extremis recedit, hoc est à uigore summo. Hoc. n. proximo existente, minus plenū uictū afferemus: longius uero distante, magis plenum: &, quanto tardiorē fore summum morbi uigorem expectabimus, tm̄ & uictus formam commutabimus. **F**

8 *Quando morbus in suo uigore constiterit, tunc uictu tenuissimo utendum est.*

Hic pariter sermo pars quædam est artis diæteticæ, id est, quæ docet uictum conuenientem adhibere: qui à nonnullis seorsum scribitur per uerba nunc dicta: ab alijs uero antecedenti annectitur aphorismo, eo modo, quo antea scriptus est. Docet autem nos, ut cunq̄ scribatur unum & idē theorema, antiquo magistro præcipiente, ut, cum morbus in suo uigore consistit, uictu tenuissimo utamur, tum propter casuum magnitudinem, tum propter morbi coctionem. Neq̄. n. distrahere oportet naturam ad alteram nouam coctionem, cum eo tempore humorum morbū facientium coctioni fortiter uacet, & haud ita multo post ipsos sit euictura: Sic enim à nobis ostensum est in tractatione de Crisibus: de ijs uidelicet tantum morbis sermone [nunc] transacto, in quibus omnino & curationem & uictus rationem intendimus. Ii uero sunt, in quibus post uigorē sequitur declinatio. Nam, quorum summum uigorē excipit mors, in his ea sola parte artis utimur, quæ prognostica nominatur, id, quod futurum sit, prænunciantes, ne euentus rerum nostro ascribatur errori. Hæc igitur tibi sit una indicatio, sumpta ex morbi temporibus ad uictus formam, altera uero à uiribus ægrotantis, quam in sequenti docet aphorismo. **G**

9 *Coniectari autem oportet, an eger cum uictu sufficiat perdurare, donec morbus consistat: & nunquid prius ille deficiat, nec possit cum uictu perdurare: uel morbus antea deficiat, atq; hebetescat.*

Quia in superiori aphorismo tantum iussit ab eo, qui extreme tenuis uictus nominatur, declinare, quāto morbus mollior extiterit suo uigore, hoc in loco nūc alterā adijcit intētionē, ut quātitatē declinationis exquisite noscamus. Est autem hæc intētio, uis ipsa ægrotantis: cuius gratia nutrimus. neq̄ enim morbi causa. Cum enim uis ita robusta fuerit, ut speremus ipsam posse perdurare totum tempus intermedium usq̄ ad summum morbi uigorem, cum tali uictus figura: tunc exquisitam habebimus declinationis, quam diximus, quantitatem. Quod si imbecillior extiterit, adijciendum est aliquid uictui, & plenior est adhibendus, tanto, quantum uirium imbecillitas exoptulat. Quocirca aliquando in ipso etiam morbi uigore ubi calus aliquis interuenerit, robur naturæ dissoluens, nutrire cogimur. Est autem hic quoque sermo pars totius offerendi alimentum rationis. Vnde, si quis & hunc, & priorem, atq̄ sequentem aphorismum unum fecerit, non aberrabit. Ego uero in partes secans expono, quoad fieri potest, doctrinæ gratia clarioris.

10 *Quibus igitur statim morbus consistit, ijs etiam statim tenuis uictus adhibendus est: quibus uero posterius debet consistere, ijs & in ipso consistendi tempore, & parum ante illud, cibus subtrahendus: prius uero uberius uictus adhibendus est, ut eger sufficiat.* **H**

Hic pariter sermo eādē sententiam habet cum priore, nisi q̄ est illo uniuersalior. Prius enim in peracutis morbis dicebat, q̄ statim in ipsis tenuissimo uictu uti oporteret. Hic uero simpliciter de omnibus morbis pronunciat, quibus statim consistendi tempus futurum est, hoc est, non multo post primā inuasionem: iubens ob id tenuem adhibere uictum. Quæ uero sequuntur, manifesta: cum eidem hæreant sententiæ.

11 *In accessionibus, à cibo abstinere oportet: siquidem cibum dare, nocet. Et quibus per circuitus, fiunt accessiones, in ipsis accessionibus cibum fugere oportet.*

Totius quidē uictus rationē in unoquoq̄ morbo à duabus intentionibus iussit sumere, ex futuro totius morbi uigore, & ex uiribus ægrotantis. Quo modo uero quispiam particulares ciborum oblationes faciat conuenienter, in hoc docet sermone, cauere iubēs morborum accessiones. Ipse uero manifestius libro de uictu acutorū dixit, q̄ neq̄ cum iam adsunt, neq̄, cū haud ita multo post affuturæ sunt accessiones, cibus dandus est, sed cum declinant & cessant.

12 *Accessiones uero, & constitutiones, morbi indicabunt, & anni tempora, & circuituum successiua incrementa, siue quotidie, siue alternis diebus, siue per maiora interualla fiant. Sed & ex ijs, quæ mox apparent, indicia sumuntur: quemadmodū in morbo laterali, si circa*

A si circa initia statim sputum appareat, morbum breuiat: si uero postea appareat, producit. Et urina, & alui excrementa, & sudores, quaecumq; apparuerint, uel bonam morborum iudicationem uel malam, uel breues aut longos fore morbos ostendunt.

Si, quæ prius dicta fuerunt ab eo de uictus ratione, ad memoriam reuocemus: eorum, quæ nunc dicuntur, utilitas fiet nobis manifestior. Quæ aut prius dicta fuerunt, hæc sunt. Totius uictus figuram ad duas respiciens intentiones faciebat, quarum altera erat uis ægrotantis, altera constitutio morbi. Nam considerare, an morbus sit acutus, uel peracutus, uel longus, & quando maxime in uigore consistet: morbi constitutionem est considerare. Particulares autem ciborum oblationes, ex accessionibus particularibus coniecturabatur. Cum igitur tres essent intentiones ad perfectam et absolutam uictus rationem instituendam, primaq; ex uiribus ægrotantis, secunda ex morbi constitutione, tertia præter has ex particularibus accessionibus sumerentur: uires quidem sub primo statim ingressu dignoscere medicus potest, ex pulsibus scilicet & alijs, quæ ipse in libro prognostico latius scriptitauit: quamuis forte quis dixerit uirium magnitudinem esse incomprehensibilem. At, si non possumus earum quantitatem exquisite inuenire, posse tamen nos artificiosa quadam coniectura ad ueritatem proxime accedere, nemo inficiabitur. Morbi uero constitutionem, qualisnam sit, & particulares accessiones, multi medici existimarunt non posse dignosci: non tamen idem sensit Hippocrates: sed & in hac parte, sicuti & in alijs omnibus, sæpe quidem exquisite, ut quispiam dixerit, perite atq; scienter, sæpe uero coniecturaliter quidem, non tamen inartificiose, neq; longe à ueritate, sed propinque ac proxime perueniemus ad præcognoscendum futurum consistendi tempus & accessionum reciprocationes. Verum hæc omnia latius & in libris, qui Prognostica, & in alijs, qui Epidemiarum inscribuntur, Hippocrates docuit: nosq; iuxta antiqui magistri sententiam, ipsius uerba cum decem expositione apposimus in primo libro de Crisibus: in quo ostendimus, quomodo quispiam futurum morbi uigorem possit præcognoscere. Nunc uero sunt omnia ab Hippocrate per capita tradita: nosq; ipsa, quam breuissime fieri poterit, dilucidabimus. Quibus uero curæ est omnem de his disciplinam diligenter perdiscere, ad librum de Crisibus à nobis conscriptum, legendum accedant. Ipsi igitur quoq; morbi & ipsas accessionum proportionem, & suas etiam constitutiones nihilominus ostendent: ueluti in intermittentibus, quæ tertiana cito iudicatur: quotidiana uero longa erit: quartana autem etiã hac longior existet. In continuis, quod causodes quidem, id est incendentes, acutæ sunt: quæ uero typhodes. i. succedentes nominantur, longiores: mediæ uero inter has, semitertiana. Quo modo uero quispiam has omnes febres statim inuadentes dignoscat, secundo libro de Crisibus plenius edocuimus: quare non oportet huc transferre, quæ in alijs bene iam explicauimus: neq; enim sapius eadem in pluribus libris sunt repetenda, sed solum ad memoriam reuocandum, quo modo, si possibile fuerit tertianam inuadentem statim ab initio cognoscere, ex ea comprehendere queamus, quæ & cito iudicabitur, & quæ per tertium diem fient accessiones. & hoc est, quod ab Hippocrate dicitur: Accessiones autem, et constitutiones, morbi iudicabunt &c. Nos quidem, cum statim prima die febrim quartanarum initia sepe cognouissemus: non expectata secunda accessione, formam uictus ab initio constituimus, tanquam ad morbum, qui longo post tempore ad suum uigorem foret peruerturus. idem in quotidiana & tertiana fecimus, tempus futuri uigoris in utrisq; secundum proprium terminum metientes. Sicuti autem in febris, itidem in alijs morbis est faciendum. Morbus. n. lateralis, & qui peripneumonia & phrenitis à Græcis nominantur, morbi acuti sunt. Angina autem, quæ Græce synache dicitur: iuxtagina, quæ cynache: & cholera, & distentio neruorum, tetanos Græce dicta, peracuti. Aqua inter cutem, melancholia, suppuratio, & phthoe. i. tabes, diutini. Ac morbo quodam laterali, & phrenitidi magna ex parte per tertium diem accessiones fiunt: suppurationibus autem, quæ uentri eueniunt, aut hepatis, & tabi, quotidie, & magis ad noctem: quæ uero ex liene laborant, & omnino melancholicis, per quartum. Quod autem subinde dicitur de anni temporibus, ad ea, quæ antea dicta sunt, habet relationem. Nam & morbi constitutiones, & accessiones possunt ab anni temporibus unam cum morbo indicari. Neq; enim sufficit hoc tantum scisse, quæ quartana inuasit hoc die, ut ab initio præcognoscamus instituendam esse uictus figuram, ut ad morbum futurum diutinum: sed etiã, si hyeme, aut uere, uel æstate, uel autumnu suum fecit initium, prospicere oportet: id cognoscentes, quod æstate quartana magna ex parte breues sunt, autumnales longæ, & magis, quæ hiemem attingunt. Nam hæc eadem ipse nos in sequentibus edocebit. siquidem & tertiana febris est quidem & alioqui celeris iudicij, sed æstate longe magis, quam hieme. Atq; alijs singulis morbis æstas addit celeritatem, hiems uero tarditatem. Sed & accessiones, per tertium quidem maxima ex parte æstate fiunt, per quartum uero autumnu, singulis uero diebus aut noctibus hieme. Sicuti autem in anni temporibus, sic & in temperaturis ex proportionem res se habet: de quibus & ipse Hippocrates sæpe differuit, non tamen hic quidquam dixit, ut qui ex uno alia nobis ad memoriam reuocanda reliquerit. Quæ enim tempus æstiuum, eadem & ægri temperatura. si fuerit natura calidior & siccior: & ætas, si in suo uigore constiterit: & locus, si calidus & siccus, unam indicabunt. Liqueat autem, quod & industria uitæ, & assuetudo eodem modo se habent, & præsens aeris nos ambientis constitutio: de quibus postea docebit. Sic, & quaecumq; de tempore autumnali ad morbi constitutionem, & accessionum reciprocationem assumebantur: hæc eadem & de ætate ægrotantis atq; natura, & uitæ industria, & assuetudinibus, & regione, in qua ægrotat, & aeris ambientis, quæ tunc uagatur, temperatura assumere licet.

licet. Ex his quidē iam constare potest, q̄ & morbi constitutionem, & accessiones cognoscemus: E
 Cōstitutionem quidē, si morbus fuerit peracutus, uel diutinus, quod ad consistēdi tempus præco-
 gnoscendum est necessarium. Accessiones uero, an per tertium, uel per quartum, uel singulis die-
 bus, siue qua hora diei aut noctis sint inuasuræ. Quòd uero circa finem aphorismi scribit, dein-
 ceptis uideamus, si ad eorum, quæ nos diximus, faciat declarationē. Sic enim Hippocrates inquit:
 Et circuituum successiua incrementa, siue quotidie, siue alternis diebus, siue per maiora interualla
 fiant. Clarū est autem ipsum intelligere per circuituum incrementa, accessionū, quæ in ipsis eue-
 niunt, augmenta: quæ & modum, quo morbus augetur, & futuri uigoris tēpus præfinitum osten-
 dunt. hinc autem præcipue discas. Secundæ accessionis ad primam accrementum, in hisce tribus
 conspicitur, in hora, qua fit accessio, in lōgitudine accessionis, & in magnitudine. nihil autem dif-
 fert, si in uehementia dixeris, quia hæc duo nomina sunt apud medicos usitata, ipsaq; sæpius de re
 eadē pronunciant, cum aliquando dicunt maiorē fuisse febrem ea, quæ præcessit, aliquando uehe-
 mentiorē. Contingit autē hanc febrem uehemētem uel æquales horas cum præcedēte obtinere,
 uel pauciores, uel plures: quod ad magnitudinē siue uehementiā accessionis non pertinet, sed ad
 prolixitatē accessionis. Per accessionē autē te nūc oportet intelligere deterius tēpus totius circui-
 tus, quod est à primo insultu usq; ad tēpus cōsistēdi: sicuti reliquum tempus declinationis est me- F
 lius. Cum itaq; accessio, siue per tertiu, siue per quartum, siue quotidie fiat, anticipauerit propor-
 tionē, atq; ita anticipando ad longius extenditur tempus, atq; insuper uehementius afflixerit: tūc
 manifestum est morbi augmentum. Quantū autem augeatur, unumquodq; ex dictis sua quātita-
 te monstrabit. siquidē accessio pluri tēpore anticipans, & longius atq; uehementius affligens, effa-
 tu dignū indicabit augmentum, et uelocē esse morbi motū, atq; haud ita multo post in suo uigore
 futurum. Neq; enim fieri potest, ut magna incrementa suscipiētibus accessionibus, nō proxima sit
 morbi cōsistentia. Contraria autē accessio, quæ .i. parua faciat incrementa omnium eorum, quæ di-
 ximus: quantum ad hoc attinet, longius distare futurum morbi uigorē ostēdit. Hoc igitur ipsum
 per circuituum incrementa discemus, coniectura scilicet assequi, post quantum tempus morbus
 in suo uigore consistet, ac præterea horam præfinitam, qua accessio inuasura sit. Conducit autem
 prima cognitio ad formam totius uictus constituendam: secunda uero ad cibum dandum in par-
 ticularibus temporibus, quorum intentiones ipse ab initio docere proposuit. Quòd autem circui-
 tum (Græce periodū) uocet similem ad idē reditum, neminē puto dubitare. Sed & ex ijs, quæ
 mox apparent, ait coniecturandū esse de accessione, & totius morbi cōsistutione. Siue autē casus
 (Græce symptomata) siue signa, uelit quispiā illa, quæ mox apparēt, nominare: nihil retulerit. Il- G
 lud autē de omnibus casibus signisue est cognoscendū, quòd nonnulla quidē eorum significant
 passionē, aliqua assident, aliqua decernunt ac iudicant: aliqua coctionem, aliqua cruditatem, ali-
 qua salutē, aliqua perniciem ostendunt. Passionis significatiua sunt, quæ unā cū morbo inuadūt.
 Quæ uero assident, aliquando simul inuadunt, aliquando superueniunt, nonnunquā uero neq;
 omnino ueniunt. neq; enim sunt à morbo inseparabilia, neq; eorum uelut substantiam constituūt,
 sed proprias faciunt differentias. Quæ uero ab Hippocrate criūma. i. decernētia siue iudicātia uo-
 cātur: cum primo quidē exquisite morborū principio nō sunt apta inuadere: cum duobus alijs
 autem apta sunt, de quibus paulo postea dicemus: Aliquando uero neque in his, sed, cum morbi
 augentur, aut iam consistunt, apparent. Signa uero coctionis cōtingūt quidē & ista nunquam
 in primo statim morbi principio: terminant autem illud principium, quod est pars totius morbi.
 Signa uero cruditatis cum primo morbi principio statim inuadunt, & nonnunquā posterius ap-
 parent, sicuti & mortis signa. Nam & horum generatio, morbi principiu subsequitur. Morbi au-
 tem principium intelligi uolumus (ut in cōmentarijs de Crisibus manifestauimus) & primū eius
 insultum, quod nullam habere latitudinem dicitur: & id, quod est sicuti pars totius morbi, quādo
 in principium diuiditur, augmentum, & tempus consistendi, & declinationē: & aliud, quod usq; H
 ad tertium extenditur diem. Sed & in eadem tractatione docuimus omnium casuum potestates:
 & simul, quæ expositione indigere uidebantur uerba Hippocratis ad hoc pertinentia, exposui-
 mus. Sed & nunc per modum compendij de ipsis à nobis dicetur. Qui uero uoluerit totam Hip-
 pocratis artem circa ista perdiscere, ad illam uadat tractationem. Ex mox apparentibus igitur to-
 tam iubet morbi constitutionem coniectari: deinde quandam morbi speciem in medium addu-
 cens, ita inquit: Veluti, in laterali morbo si circa initia statim sputum appareat, morbum breuiat: si
 uero postea appareat, producit. Perspicue uero, quod docet, assequeris, si ex tertio libro Epide-
 miarum apponam, quæ ipse de Anaxione scribit, morbum lateralem patiente: quem etiam egro-
 tum ego in primo libro de Crisibus, mea expositione patefecit. Verba autem Hippocratis hæc
 sunt: In Abderis Anaxiona, qui iuxta portas Thracias habitabat, febris acuta inuasit, lateris dex-
 tri dolor continuus, tussis sicca: neque primis diebus expuebat aliquid: sitibundus, peruigil: uri-
 næ bene coloratæ, multæ, tenues. Sexto die delirauit: neque calefacientia aliquid proficiebant.
 Septimo die magis laborabat, quia febris intendebatur, & dolores non minuebantur, tussesq; in-
 festabant, & difficulter spirabat. Octauo uenam in cubito secuit. sanguis multus fluxit, qualē oportuit.
 dolores remissi sunt, uerum tusses sicca subsequēbātur. Vndecimo die febres minores factæ
 sunt:

A sunt: parum circa caput sudauit: tusses, & quæ à pulmone, humidiora. Die decimo septimo cœpit pauca quædam cocta expuere: leuatus est. Vigesimo die sudauit, & desit febricitare. Post crisim leuatus est: siticulosus uero erat, neque à pulmone bonæ erant expurgationes. Vigesimo septimo die febris rediit, tussit, multa concocta eduxit: urinis adfuit multum sedimen album: sitis cessauit, & bene spirauit. Trigesimo quarto die sudauit totus, per crisim febris omnino soluta est. Hic igitur Anaxion ab initio morbum lateralem patiebatur, non tamen ab initio expuebat, sed & octauo die adhuc tusses siccæ subsequerentur, ut inquit Hippocrates. Quare rationabiliter totius morbi solutio ad trigessimum quartum diem extenta est: cum tamen magna ex parte lateralis morbus terminum suæ iudicationis habeat quartumdecimum: & si non hunc, saltem omnino uigesimum. Quod si ante tertium diem expuisset: uel circa septimum, uel nonum, uel omnino undecimum diem iudicatio esset subsecuta: & si in ipso die tertio spuere cœpisset, quartumdecimum diem non transcendisset. Hoc enim accidit in omnibus inflammationibus, quæ non teguntur operculo densiore, uti in ijs, quæ exteriorem occupant cutem, quasdam sanies (Græce ichoras) resudare, ab initio tenues, postea uero, si coctionem accipiant, & ad melius proficiant, crassiores: & ex his ipsis crassioribus aliquas esse magis concoctas, aliquas uero minus. Hoc idem in omnibus inflammatio-

B nibus, quæ uel os, uel oculos infestant, licet intueri: nec minus in quacunque alia corporis parte, quando pars aliqua interior simul cum cutis diuisione patitur inflammationem. Nam ex huiusmodi ulceribus sanies profluunt tales, quales ego dixi. Quando igitur aliqua fuerit inflammatio cum tanta meatuum angustatione, ut nihil extra effundatur, necesse est illam esse & coctu difficilem, & longo tempore perdurare. Hac igitur ratione & in morbo laterali (qui & ipse est ex genere inflammationum) attendere oportet signa coctionis. Nam crudissimus morbus est, in quo nihil omnino expuitur: secundum ordinem obtinet ille, in quo sanies tenues: tertium, in quo crassiores: & quartum: in quo perfectam habent coctionem. Verum, si hæc circa tertium, uel quartum diem apparuerint, non contingit morbum transcendere septimum diem. In alijs uero singulis necesse est, ut pro coctionis modo mensura temporis consequatur. Sicuti igitur sputum, perfectæ coctionis signum est, quando album fuerit, & lene, & æquale consistentia, neque nimis humidum, neque nimis crassum: eodem modo integram cruditatem ostendit, quod nullo modo expuitur. Quod si expuatur quidē, sed tamen adhuc tenue sit, debilis coctionis est signum. Quod si impermixtum fuerit, uel flauum, uel rufum: haudquaquam bonum. Quod si liuidum fuerit, aut ærugini simile, aut nigrum: perniciosissimum existit. Cum itaque à nobis distincta sint signa coctionis & cruditatis, & præter ea tertium genus exitialium: illud scire oportet, quod signa coctionis semper sunt bona, ut quæ morbi solutionem haud ita multo post futuram ostendant: sicuti genus signorum exitialium, mortem ægri citam prænuntiant. At uero signa cruditatis diutinum quidem ex necessitate morbum significant: sed, quantum in ipsis est, neque moriturum, neque euasurum è morbo hominem ostendunt: Tibi uero prius ægroti uires expendent, etiam ex his licet præcognoscere. Aliud est signorum genus, quæ iudicatoria ab ipso nominantur: sunt autem hæc, sudores, sanguinis fluxus, rigores, multum alui profluuium, & similis uomitus, dolor capitis repente inuadens, difficultas spirandi præter rationem & uehemens, uel cordis morsus, uel quædam in hypochondrijs citra dolorem tensio, uigiliæ uehementes, delirium, & nox absque ratione molesta, & accessio anticipans, & lachrimæ inuoluntariæ nihil patientibus oculis neque ex tristitia prouenientes, rubor faciei, & labrum inferius agitatū, lucida uel obscura & tenebrosa, quædam ante oculos obuersantia, & hallucinationes quædam, & malæ uel nasus repente rubescens, parotides, aut omnino alicuius in articulum decubitus generatio. Hæc igitur omnia, & præter hæc alia multa huiusmodi secundum propriam eorum substantiam casus nominata, quatenus uero subitam mutationem ostendunt, signa iudicatoria appellata, duplicem tibi præstabunt præcognitionem. Si quidem morbo iam cocto superuenerint, futuram statim sanitatem denūciant. Si uero crudo adhuc morbo, iudicationem non bonam, quæ aut perniciem agat, aut in longum tempus morbum producat. Quod uero alia sit natura horum signorum, quæ iudicatoria nominantur, alia uero eorum, quæ coctionem significant: hinc discere possis. In primo libro Epidemiarum inquit Hippocrates: Coctiones, iudicationis celeritatem salutisque securitatem significant: Cruda uero & concocta, & quæ in abscessus malos conuertuntur, iudicationum carentias, uel dolores, uel temporis longitudinem, uel mortes, uel reciduas ostendunt: ita quidem hic in uniuersum collaudauit morbi coctionem. In libro autem, qui Prognostica inscribitur, particulatim in hunc modum simul docens ipsius indicia: Urina autem optima est, quando sedimentum album, lene, & æquale fuerit per omne tempus, donec morbus iudicetur. Significat enim salutis securitatem, & morbum pauco tempore duraturum. Sic rursus laudauit urinam monstrantem coctionem in uenoso genere. Rursus autem, cum dicit, Alui autem excrementum optimum est, quod est molle, consistens, & hora excretum, qua solet, cum sanitas adest: hic indicia coctionum uentris simul collaudat ac docet. Sic & eam, quæ fit in membris respirationi seruientibus, coctionem simul collaudans ac docens, in hunc modum scribit. Sputum oportet in omnibus doloribus, qui pulmonem & costas infestant, celeriter ac facile expui, flauitque ualde sputo commistam apparere. Coctionis igitur signa semper bona

sunt,

sunt, iudicationis uero signa non semper. Sic ergo, inquit, signa iudicatoria, non iudicantia, aliqua mortem, aliqua difficilem iudicationem portendunt. Saneq; & cum ait, quæ ad melius iudicant, non confestim appareant: per hæc uerba eandem indicat sententiam. Nam coctionis signa, quocunq; tempore apparent, bona sunt. semper enim eorum uniuersum genus optimum existit. Non ergo repugnat illud, quod nunc dictum est, in morbo laterali sputum si statim appareat, illi alteri, quod dicitur, signa iudicantia ad melius, non statim appareant. Nam signa iudicatoria non nunquam mala fiunt: signum uero coctionis nullum unquam prauum fuit, sed omnia optima semper: & tanto citius ægrum sanitatem recuperaturum ostendunt, quanto citius apparuerint. Hæc dixisse sufficiat per modum compendij, quantum ad præsentem attinet locum. Totam uero de istis antiqui magistri sententiam in libro De Crisibus exposuimus. Vt autem sermo, quem nuper diuidendo proposui, perfectus habeatur: quomodo à dictis differant, & quæ passionis significatiua, & quæ assidentia dicuntur signa, hinc uolo transigere, unam in medium adducens pro exemplo passionem, hanc ipsam uidelicet, quam Hippocrates nominauit. In morbo igitur laterali, acuta quidem febris unà cum spirandi difficultate, & tussi, & dolore lateris pungenti, signa passionis significatiua nominantur. Quod autem dolor aut ad hypochondrium, aut ad clauim perueniat, assidentia dicuntur: sicuti, q; facilius in latus patiens, quam in alterum, decumbat æger, ad idem genus assidentium attinet. Scripsit autem & Praxagoras Nicandri filius duo uolumina de assidentibus signis: de ijs aut, quæ superueniunt, unum aliud, ac si de mox apparentibus inscriberetur. Hæc igitur mox apparentia inquit Hippocrates & bonam morbi iudicationem & malam: morbumq; uel longum, uel breuem futurum ostendere: Meminit autem non solum sputorum, sed & urinarum, & excrementorum alui, & sudorum: ea scilicet, quæ sunt in libro Prognostico scripta, nobis exemplo subiiciens: quæ ad hunc locum transferre superuacuum foret. nam de his in libris De Crisibus diximus, & in commentarijs in Prognostica: in quibus adhuc magis antiqui magistri sententiam explanauimus.

13 Senes facillime ieiunium ferunt: secundo loco, qui ætatem consistentem habent: minus adolescentes: omnium minime pueri, præsertim qui inter ipsos sunt uiuidiores.

Differentia etiam ætatum confert aliquid ad capiendam uictus rationem. Senes siquidem facile ferunt inedia, pueri uero difficulter. Est autem facilitas & in non appetendo, & nihil inde mali sustinendo: Difficultas autem in contrarijs oritur. Etenim pueri magis appetunt, & plus offenduntur in longis inedijs: Mediæ uero ætates inter senes & pueros, quanto alteri ipsorum proximiores existunt, tanto aut minus, aut magis molestantur atque offenduntur ex longis inedijs. Huius autem aphorismi causam ipse in sequenti docet, quia ita incipit: Qui crescunt plurimum caloris innati habent. Ita ut, si quis uelit ipsum priori adiungere, & cum, enim, coniunctione proferre, tunc sermo unus fieret, & manifestus, in hunc modum se habens, Senes facillime ieiunium ferunt: secundo loco qui ætatem consistentem habent: minus adolescentes: minime uero omnium pueri: Qui enim crescunt, plurimum caloris innati habent. Appellat autem ætatem habentes consistentem, eos, qui mediam ætatem habent inter iuuenes ac senes, ita ut ab ætate quidem uigente recedant, nondum tamen sensum habeant senectæ manifestum. Sic autem & Thucydides quosdam in ætate dixit esse consistentes. Verum inter hanc ætatem, & adolescentium, altera quædam est, quæ sicuti ætatum, ita facilitatis & difficultatis medium ordinem obtinet: ita ut neq; tam facile inedia ferre possit, sicuti qui in ætate sunt consistentes, atq; senili: neq; difficulter, sicuti adolescentes & pueri. Eius tamen non meminit Hippocrates, cum possit eam unusquisq; ex illis, quas dixit, intelligere. Cum uero inquit, Præsertim qui sunt inter ipsos uiuidiores, naturarum differentias manifestat, ex pueris enim, qui calorem innatum ualidiorē admodum habent, ij promptiores sunt ad cibos assumendos, & ipsos magis possunt concoquere: & si non assumpserint, plus offenduntur. Talis quidem est sermo Hippocratis: indiget tamen adhuc parua quadam additione ad perfectionem: de ijs enim, qui sunt in principio senilis ætatis, recte dictum est, Senes facillime ieiunium ferunt: de ijs uero, qui ad extremam peruenerunt, non recte: quia hi non possunt tolerare longas inedias. Vel igitur addere oportet Aphorismo exiguum quiddam, & hoc modo ipsum pronuntiare, Senes facillime ieiunium ferunt, præter eos, qui ad extremam senectam peruenerunt: secundo loco, qui ætatem consistentem habent. Vel uerbum, ieiunium, in ciborum paucitatem est commutandum, atq; ita dicendum, Senes ciborum paucitatem tolerant: secundo loco, qui ætatem consistentem habent. Nam, & qui ad extremam senectam attingunt, inuenientur, etsi non possint longam inedia tolerare, paucis tamen cibus indigere. Tale enim quiddam patiuntur, quale lucernis, quæ extinguuntur, accidit, quæ & continuam exigunt olei suffectionem, & multam, ac subitam simul nequeunt sustinere. quoniam quidem & his exhibere oportet uniuersam multitudinem paucam: & hanc ipsam cibi paucitatem in multas partiri portiones: neq; una illis longa inedia est iniungenda.

14 Qui crescunt, plurimum habent calidi innati: plurimo igitur egent alimento: alioqui corpus absumitur. Senibus uero parum calidi inest: paucis propterea somitibus egent, quia à multis extinguuntur. Hanc etiam ob causam febres senibus non similiter acute fiunt: frigidum enim eorum corpus.

Dictum est à nobis plenius etiam in commentarijs de temperaturis, quo modo uisum est non nullis